

A Cappadociam Romanis Parthorum regem adjunxit. Bello foederali, factis multis eximii nomen comparavit ducis apud cives magni, apud socios maximi, fortunatissimi apud hostes, Annorum L. Consul creatur. Bello orto Mithridatico, cum Sulpitii Trib. pl. opera Asia provincia C. Mario decrepito delata esset, Sylla cum exercitu Nola Romam occupavit, urbem incendit, Marius exulit: & Cinna creato consule, contra Mithridatem profectus, ad Cheroneam primum, inde ad Orchomenum regio duces, Archelaum, Taxilem & Dorylaum, maximis affecit claudibus, & supra cxxx. Barbarorum interfecit. Athenas, belli sedem, expugnavit. Aristionem tyrannum captum, veneno necavit. Pace Mithridati petenti data, & classe ab eo accepta, mille ducentis navibus ex Dyrhachio trajecit Brundisium: & summa felicitate arque virtute clarissimos duces Norbanum, Carbonem, Marium, Telesinum, postremo Saturnem superavit. Converterit inde sese ad civium caedem, & indignam proscriptio-nem: & Dictaturam perpetuam sibi arrogavit. Triumpho de Mithridate peracto, Felicis cognomen sibi arrogavit, cum fortunae omnia suae referret accepta. Deposita inde dictatura, privatus vixit, neque post tor caedes a quoquam laesus est. Ad extremum phthorasi correptus, Puteolis decessit, relicto rerum a se gestarum commentario xxii. libris comprehenso. Cadaver illius matrone aromatibus contecerunt. Itaque & vivus & mortuus fortuna usus est fecundissima. *Plut. in Sylla.*

Q. Sertorius ortu Sabinus, post Lusitanorum contra Romanos, L. Sylla arma contra C. Marium foventes, dux invictus, perhibetur neque laetitia neque timori paruisse, fuisse natura in periculis imperterritus, & secundum fortunam moderatè tullisse: ad dimicandum signis collatis nemine sui temporis ducum timidior; ubi verò in bello quid praeripendum esset ex occulto, aut praeroccupanda loca munita, aut transeundum cum celeritate, aut cum dolo & impostura, artificem in loco astutissimum. In tribuendis ob praerata facta honoribus prolixus exstitit, & in supplicis ob delicta exigentis moderatus. Duobus millibus sexcentis, quos nominabat Romanos: collectis Afris septingentis, qui eum sunt in Lusitania fecati: certarum Lusitanorum quatuor millibus adjunctis & equitibus septingentis, bellum gessit cum quatuor Romanis Imperatoribus, qui sub signis habebant centum viginti milia pedum, sex millia equitum, sagittariorum & funditorum duo milia: cum uribus innumera-bilibus, eum viginti solium in universum ipse initio teneret. Attamen viribus tam auspiciis infirmis & exiguis, nò modo magnas gentes domuit, & urbes multas redegit in potestatem, verum etiam ex adversarum partium ducibus Cortam in freto apud Mellariam pugna navali contudit: Anfidium, qui Beticam cum imperio obtinebat, fugavitque, caesis duobus millibus Romanorum: Domitium & L. Manlium, alterius Hispaniae proconsulem, per quatuordecim milia superavit: Thoranium, Metelli legatum, cum exercitu oppressit. Ipsum Metellum, summum illius memoriae virum & clarissimum, non paucis implicatum offensionibus, ad eas redegit angustias, ut L. Lollius è Gallia Narbonensi cogere-tur supplicis ei venire, ac Pompejus Magnus illic cum exercitu ab urbe properè mitteretur. Aquationibus enim arcebat eum, frumentationibus prohibebat, progredienti obstitabat, infestabat edentem: obfidenti alios imminens invicem obfidebat eum commeatu inopia, ut milites fatiscerent: & Sertorio Metellum, ut congregederet unus secum, provocante, acclamarent jubentem: Dux cum duce, Romanus cum Romano ut congregederet: prohibique procienderent detrudentem: quos merito derisit Metellus: Ducis enim, ut ait Theophrastus, obunda mors duci est, non gregarii militis. In Pompeji conspectu Lauronem urbem excidit miro stratagemate, discipulum se Sylla docturum in quiens, debe-re Imp. plus respicere, quam prospicere. Eundemque ad Sertionem praelium committere festinantem, ne adveniens Metellus palmae confors esset, magna strage vicit. At ubi Metellum propè esse sensit, cecinit receptui, ac castra movit, dicens: Puerum hunc ego, nisi anus illa supervenisset, verberibus castigatum Romam dimississem. Senatores Rom. exules penes se appellabat Senarum, quatuordecim legatosque ex illis creabat: & licet armis, pecunia & oppidis uteretur Hispanorum, illis tamen praefectos dabat Romanos. Mithridates cum eo sedus inijt, & naves xl. tria milia talentum dare pollicitus, quando Perpena ejus gloriae invidens, cum conjuratis eum in convivio nihili tale merentem interfecit. *Plut. in Sertorio.*

Cn. Pompejus Strabonis F. tam populo gratus, quam pater

exofus, Cinna à militibus caesus, in Picenum se contulit, annos E xxxiii. natus: tribusque legionibus conscriptis, & tribus Marianorum ducibus fugatis, L. Sylla se conjunxit, à quo Imperatoris nomine sagatus est: Supplicis inde Metello in Galliam tulit, ejusque vigorem senio marcescentem denudò excitavit. Missus est inde in Siciliam contra Perpenam & Carbonem: mox in Africam contra Domitium, suscipiè magna strage hostibus, diebus quadraginta, annum agens xxv. regna regumque negotia composuit. Romam regressus, Magni appellationem à Sylla obtinuit, coque vel invito & renitente de Africa triumphavit, quamvis nec Consul, nec Praetor, nec Senator esset per atatem. Mortuo Sylla, in Sardiniam profugere coegit: Brutum Mutinam domuit. Missus in Hispaniam contra Sertorium, Perpenam & Herennium legatos Sertorii fudit, & amplius xx. hostium occidit. Sertorio per insidias à suis occiso, Perpenam cepit, & Hispaniae rebus compositis, in Italiam sub belli servilis finem rediit: quod etiam M. Crassus consecit, Pompejus tamen quinque milia, belli reliquias, quae ex cae fugerant, delevit, & secundum ex Europa triumphavit. Primum consulatum C. M. Crasso gessit. Piratas, cum summa potestate missus, trium mensium spacio mari expulsi, rostratas nonaginta cepit, de-bellavit. Nec mora, successit Lucullo datus, Mithridatem fudit, Tigranem Armenium in deductionem accepit, Iberos & Albanos vicit, Syriam in provinciam formam redegit, Hierosolyman expugnavit, Arabiae Petrae regem suscepit. Ex Asia reverfus, contra opinionem hominum exercitum dimisit, posteaquam tertium triumphum ex Asia duxisset, cum annum ageret xl. Cum Lucullo optimatum partibus faventium par esse non posset in foro, Clodio Tribuno pl. nequissimo sese praeter dignitatem conjunxit, & in illius gratiam Cicero-ni quamvis amico non tulit auxilium. Caeris impera M. Crasso reconciliatis, conjunctis viribus inimicis facile è foro exegerunt. Caeri Gallia & Illyricum provinciae decre-tae. Frumentariae rei praefectus, incredibili celeritate ex summa inopia summam abundantiam innoxit. Secundum inde consulatum cum M. Crasso vi consecutus, Hispaniam provin-ciam sortitus, per legatos omnia administravit. Mortua Julia conjuge, Caeris filia, & Crasso à Parthis interfecto, Caeris in Gallia rebus gestis inveniens, ejusque potentiam metuens, ut ad Interregnum deveniret, studuit. Mox solus consul electus, eique provincia in quadriennium decreta, & annum stipendium tributum. Aegre id ferentibus Caeris amicis, & absentis quoque, utpotè de republ. optimè meriti, rationem habendam afferentibus, cum nihil impertari posset, neque Caer legiones dimittere vellet: Marcelli & Lentuli Coss. justè delectam militum habuit Pompejus contra Caesarem. At postquam Caesarem occupato Armino urbem petere fama fuit: Pompejus Brundisium primum fugit, mox insequente Caesare (qui lx. diebus totam Italiam sine sanguine occupavit) in Graecia classem navium numero aptari D. L. Liburnicarum & speculatoriarum immenso numero con-traxit. Caesar interea Hispaniis subactis in Graeciam cum exercitu venit. Eum secutus Pompejus, in campis Pharfalici, praelio commisso, magna strage affectus, Nitylenem fugit: inde in Aegyptum contendit, ubi Ptolemaei regis iustu perdidit ab Achilla caesus, & capite truncato, in litore relictus, à Philippo liberto suo marcedis scapha picatoriae reliquius funeratus est. Cineres aut Comeliarum conjugem relati, & in Albanò humati sunt. *Plut. in Pompejo.* De eo sic Plinius: Pompejus non modo Alexandri magni rerum fulgorem, sed etià Hercules prope à Liberi patris aequavit. Nam Sicilia recuperata, Africa tota subacta, & in dedicationem redacta, Magnae nomine, ipso inde capto, eques Rom. (id quod ante nemo) curru triumphali revesus est: & statim ad Solis occiduum transfregit, excitatis in Pyrenaeo tropaeis, urbem deditionem redacta, victoriae suae atripit, & majore animo Sertorionem taecit: bello quoque civili (quod omnia externa concubuit) extincto, iterum triumphalibus curru equos Roman. induxit: toties Imperator, antequam miles. Postea ad tot maria & inde Solis ortus missus, hos reulit patrie titulos, mox sa-cris certaminibus vincendum. Neque enim ipsi coronantur, sed patrias fides coronant. Hos ergo honores ubi tri-buit in delubro Minervae, quod ex manibus dicebat. Cn. Pompejus Magnus Imper. bello xxx. annorum cum secto, vi-sis, fugatis, occisis, in deductionem accepit hominum u-sicis fensel centenis lxxxiiii. depreffis aut captis navibus pcccxlv. oppidis, caellis mxxxviii. in fidem receptis: terris

A retris à Maotis lacu ad Rubrum mare subactis, votum merito Minervae. Hoc est breviarium ejus ab Oriente. Triumphi verò quem duxit ad 3. Calen. Octob. M. Messala, & M. Pisoni Coss. praefatio haec fuit. Quos oram mariumm à praedonibus liberasset, & imperium maris populo Romano restituisse, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Judaes, Albanis, Iberis, insulae Creta, Bafernis, & super hac de regibus Mithridate atque Tigrane triumphavit. Summa summorum in illo gloriae fuit (in ipse in concione dixit) cum de rebus suis dissciret, Asiam ultimam provinciam accepisse, eandemque mediam patriae reddidisse. *Plin. l. 7. cap. 26.*

C. Jul. Caes. Sylla fugiens tyrannidem, à Piratis ad Pharfaliam insulam captus, & Mureti redemptus, eisdem Pergami captos in cruce sustulit. Quaestor, deinde Appiae curaturum regnum videretur populum delinivit, ut quamvis etiam regnum videretur assequere, ob inopiam tamen & as alienum contemneretur. Praetor in Hispaniam missus, spon-sore intercedente M. Crasso aris causa alieni, Gallograecos & Lusitanos domuit, & usque ad Oceanum gentes ante non pacatas imperio adiecit. Imperator itaque à militibus salu-tatus, triumphum neglexit, ut consularibus comitis inter-esse posset. Crassi & Pompeji operam consulatum inijt cum Calpurnio Bibulo, & Pompejo Julia filiam despondit. Gallia provinciam cum Illyrico in quinquennium cum quatuor legionibus obtinuit. Ac bellorum quae deinceps gessit, expeditio-nemque quibus domuit Galliam, tempus, nullo eum vel laudatissimum atque summorum imperatorum inferiorè bellatorem & ducem ostendit: sed sine cum illo Fabio, Scipione, Metello, corvoque ejus, aut paulo superiore Sylla-m & Marium, amboque L. Aeculios, vel ipsum etiam Pom-pejum (cujus ex omni generis bellicae virtute superabat gloria caelos) conferat, res gessit Caesari antecellunt: alium lo-corum, quibus bellum gessit, asperitate: alium provinciae, quam subjugavit, amplitudine: multitudinem alium & ferocitate, quos superavit, hostium: alium morum, quos cecuravit, feritate & immanitate: alium clementia & lenitate in devictos: alium in commilitonibus munificentia, & beneficiis: omnes verò praetorium & hostium interfectorum immenso numero. Quippe annis non totis decem gesto in Gallia bello oppida viginti octingenta vi cepit, gentes subegit trecentas, signa diversis temporibus contulit cum tricenis centenis milli-bus, ex quibus decies centena milia in acie interfecit, alterum tantum cepit. Helvetiorum cccc. in Galliam irumpentia profligavit, ex iis plus centum milia cepit, & sedes pristinas repetere coegit. Ariovillum Germanorum regem, caesis ex illius exercitu xxc. millibus, ad Rhenum usque insecutus est. Nervio Belgas rebellantes domuit, ac xxx. viginti tantum relicti in columbus. Confirmatae sunt ei denudò in aliud quin-quennium provincia. Usque ad Tenebris Germanos in Galliam irumpentes fudit, caesis cccc. Scambros, Rhenù ponte jungens, in valet Britanniam primus Rom. classe bis intravit, regem tributarium fecit. Galli rebelantes, Cortam & Turium cum exercitu delevit, deinde Ambiorige. Caesar cum septem millibus hostium lxx. superavit. Item Arverni, Carnutes & Hedui, duce Vergingetorige. Heduos in Lingonum finibus vicit. Reliqui in Alesiam urbem confugerunt, non intra clxx. milia. Quos dum Caesar obsideret, eccm. supervenere. Caesar inclusus, muro duplici hostes avertens, incredibili celeritate & prudentia utrosque caecidit. Vercingentorigem cepit. Occiso à Parthis M. Crasso, secundum petebat consulatum. Pompejo repugnantem, & legiones repente, in seculo exercitu Romam petiti. Armino occupato, Pompejus urbe relicta in Epirum fugit. Eum Caesar insecutus, eum classe destitueretur, sexaginta diebus spacio Italiam sine sanguine sibi subiecit. In Hispania, Afranio & Varrone Pompeji legatis victis, exercitum accepit. Reverse ad urbem soceit Pito consulavit, ut pace mitteret ad Pompejum. Et Iauricus, venditans se Caesari, repugnavit. Dictator ab senatu dictus exules reduxit, & proscriptorum sub Sylla liberatos famè restituit, formaque aliqua tabularum novatum obratos utritis sublevavit, atque ala ejusdemodi non multa delibavit in-sistuta. Diebus autem undecim dictatura abdicavit se: ac postquam se & Servilium Isauricum consules declaravit, ad bellum convertit animum. In Epirum transmittens, quam longissime à mari & classe Pompeji trahens, in Pharfalici campis hostes mira dexteritate fudit, castra cepit, sex milia interfecit, captos suis legionibus immisit. In Aegyptum tran-smittens, Ptolemaeum sorori Cleopatrae conciliavit. At posteaquam insidias sibi à rege fieri intellexit, commissa ad Pharfaliam pugna, desiliit ex aggerè in Acatium, subveniente cer-tantibus. Quia verò undique invehebantur in eum Aegyptii projecti se in mare, summoque cum labore enavit. Dicitur tunc libellos, quos manu tenebat, cum jaculis peteretur, & demergeretur, non amisisse: sed eos supra caput tenens altera manu nataste. Acatium illud depreffum est. Praelio victor Cleopatram Aegyptiis vel invidis regnam dedit. Pharfaliam, Mithridatis F. rebellantem, qui Domitium legatum magna clade affecerat, ad urbem Zelam victum Ponto sum-movit, exercitum ejus internecone delevit. Romam regressus & consul l. i. creatus, contra Scipionem & Catonem in Africam movit, & ad Tapfagum urbem unius diei spacio, trinis hostium castris positus, Jubæ scilicet regis, Afranii & Scipionis, millibus quinqueaginta caesis, ne quinqueaginta quidem desideravit de suis. Triumphum duxit Alexandrinum Ponticum & Africanum de Jubæ. Quartum consul Pompeji filios in Hispania ad urbem Mundam vicit, hostium triginta milia caecidit, mille ex suis desideratis. Triumphum egit invidiosum, Inde Dictator creatus perpetuus, cum erga hostes clementissimus foret, à M. Bruto & Cassio, caeterisque conjuratis, in Senatu xxiii. vulncribus confossus est, annos natus non plus sex & quinquaginta. Pompejo superstes, non multo annis quatuor amplius, cum Particum bellum animo concepsisset, & per Myrcaniam Scythias superatis, per Germaniam & Galliam regredi in Italiam cogitaret. *Plut. in Caesare, & Suet. Unus omnium qui omni memoria fuerunt, Alexandrum Magnum gesta-rum rerum magnitudine propemodum aequavit: cum tamen ille & patrem regem habuerit, & eundem tyrocinii magistrum: hic verò privatus, virtute sola omnia sibisiparavit. In eo certe major habendus, quòd quinquages collatis signis cum hoste dimicavit, solus M. Marcellum trans-gressus, qui undequadragies dimicaverat. Nam praeter civiles victorias, undecies e. & xc. i. m. hominum occisus praesens ab eo, confessus est ipse, bellorum civilium stragem non prodendo. *Plin. lib. 7. cap. 25. & Sab. lib. 7. cap. 5.**

M. Brutus Catonis ex Servilia forore nepos, philosophiae studiosissimus, Cn. Pompeji castra ob amorem patriae secutus (nam privato alicui odio Pompejum periequebatur, quòd is mortuo Sylla Brutum, Lepidum duces, Marianas foventis partes, data fide interfecisset, in Gallia Cisalpina) & in acie captus Pharfalica, à Caesare Dictatore humanissimè tractatus, Galliae Cisalpinae praefectus, Praetor inde creatus, sua intercessionem plurimos Caesari reconciliavit. Eum verò libertatis alicui studiosum C. Cassius impulit, ut contra Caesarem secum conspiraret: neque enim alicui Cassius amicos movere poterat, nisi Brui auctoritas intercederet. Ergo Idibus Martiis Caesarem in Senatu confodere: ilque honores à populo & provincia deceret: sunt. Caeterum cum Brutus Caesarem honorificè effert, & à M. Anton. funebri oratione laudari permittit: commorbus populus rei indignitate, perculsores ad necem inquitur ab. Brutus ergo & Cassius Italia relicta, ille ex Macedonia, hic ex Syria maximum exercitum coegere: Romae interim à Triumvirum M. Antonio, Octavio Caesare, & Lepido, rei capitalis damnati, quòd Caesarem interfecissent summum virum indicata causa. Cassius Rhodum occupavit. Brutus Lycios subegit. Sardes convenere, & conjunctis viribus ad mare Thasium processere, & in campis Philippicis dictis, castris positus, cum Antonio & Octavio de summa rerum dimicavere. Ibi praelio primo victos, secundo victus, proprio gladio incubuit. *Plut. in Bruto.*

M. Antonius sub Gabinio proconfuli Syriae Aristobulum Judaeorum regem vicit, & cepit. Hierosolyman meros primum transcendit. Pelusium occupavit. Ptolemaeum in regnum reduxit. Tribunus plebis & Augur, pro C. Jul. Caesari, in Senatu egregie deceravit: sed Pompejanis inferior, cum Q. Cassio ad Caesarem confugerit: qui Roma cum exercitu potius, Lepidum praetorem urbi, Antonium Tribunum pl. legionibus & Italiae praefecit. In pugna Pharfalica sinistro cornu praefectus, & parta victoria, à Caesare Dictatore Magister equitum creatus est. Caesare à conjuratis interfecto, populum concione funebri ita accendit, ut Brutus & Cassius urbem profugere cogenterent. Ipse pro libidine omnia egit, & Octavio Caesari è Graecia reverte sefe opponens, Cicero-nis factione oppressus, ex urbe fugit, hostiisque à Senatu judicatus, & Mutinae obfessus, fugit trans Alpes, & Lepidi exercitum sibi qua prece qua pollicitationibus conjunxit. In Italiam reverfus, Octavio, qui à Cicero-ne, libertatis studioso, jam defecerat, sefe conjunxit. Et sic triumviratu constituto, trecentos proscriptores: & in campis Philippicis Brutum

rum pugna, desiliit ex aggerè in Acatium, subveniente cer-tantibus. Quia verò undique invehebantur in eum Aegyptii projecti se in mare, summoque cum labore enavit. Dicitur tunc libellos, quos manu tenebat, cum jaculis peteretur, & demergeretur, non amisisse: sed eos supra caput tenens altera manu nataste. Acatium illud depreffum est. Praelio victor Cleopatram Aegyptiis vel invidis regnam dedit. Pharfaliam, Mithridatis F. rebellantem, qui Domitium legatum magna clade affecerat, ad urbem Zelam victum Ponto sum-movit, exercitum ejus internecone delevit. Romam regressus & consul l. i. creatus, contra Scipionem & Catonem in Africam movit, & ad Tapfagum urbem unius diei spacio, trinis hostium castris positus, Jubæ scilicet regis, Afranii & Scipionis, millibus quinqueaginta caesis, ne quinqueaginta quidem desideravit de suis. Triumphum duxit Alexandrinum Ponticum & Africanum de Jubæ. Quartum consul Pompeji filios in Hispania ad urbem Mundam vicit, hostium triginta milia caecidit, mille ex suis desideratis. Triumphum egit invidiosum, Inde Dictator creatus perpetuus, cum erga hostes clementissimus foret, à M. Bruto & Cassio, caeterisque conjuratis, in Senatu xxiii. vulncribus confossus est, annos natus non plus sex & quinquaginta. Pompejo superstes, non multo annis quatuor amplius, cum Particum bellum animo concepsisset, & per Myrcaniam Scythias superatis, per Germaniam & Galliam regredi in Italiam cogitaret. *Plut. in Caesare, & Suet. Unus omnium qui omni memoria fuerunt, Alexandrum Magnum gesta-rum rerum magnitudine propemodum aequavit: cum tamen ille & patrem regem habuerit, & eundem tyrocinii magistrum: hic verò privatus, virtute sola omnia sibisiparavit. In eo certe major habendus, quòd quinquages collatis signis cum hoste dimicavit, solus M. Marcellum trans-gressus, qui undequadragies dimicaverat. Nam praeter civiles victorias, undecies e. & xc. i. m. hominum occisus praesens ab eo, confessus est ipse, bellorum civilium stragem non prodendo. *Plin. lib. 7. cap. 25. & Sab. lib. 7. cap. 5.**

M. Brutus Catonis ex Servilia forore nepos, philosophiae studiosissimus, Cn. Pompeji castra ob amorem patriae secutus (nam privato alicui odio Pompejum periequebatur, quòd is mortuo Sylla Brutum, Lepidum duces, Marianas foventis partes, data fide interfecisset, in Gallia Cisalpina) & in acie captus Pharfalica, à Caesare Dictatore humanissimè tractatus, Galliae Cisalpinae praefectus, Praetor inde creatus, sua intercessionem plurimos Caesari reconciliavit. Eum verò libertatis alicui studiosum C. Cassius impulit, ut contra Caesarem secum conspiraret: neque enim alicui Cassius amicos movere poterat, nisi Brui auctoritas intercederet. Ergo Idibus Martiis Caesarem in Senatu confodere: ilque honores à populo & provincia deceret: sunt. Caeterum cum Brutus Caesarem honorificè effert, & à M. Anton. funebri oratione laudari permittit: commorbus populus rei indignitate, perculsores ad necem inquitur ab. Brutus ergo & Cassius Italia relicta, ille ex Macedonia, hic ex Syria maximum exercitum coegere: Romae interim à Triumvirum M. Antonio, Octavio Caesare, & Lepido, rei capitalis damnati, quòd Caesarem interfecissent summum virum indicata causa. Cassius Rhodum occupavit. Brutus Lycios subegit. Sardes convenere, & conjunctis viribus ad mare Thasium processere, & in campis Philippicis dictis, castris positus, cum Antonio & Octavio de summa rerum dimicavere. Ibi praelio primo victos, secundo victus, proprio gladio incubuit. *Plut. in Bruto.*

M. Antonius sub Gabinio proconfuli Syriae Aristobulum Judaeorum regem vicit, & cepit. Hierosolyman meros primum transcendit. Pelusium occupavit. Ptolemaeum in regnum reduxit. Tribunus plebis & Augur, pro C. Jul. Caesari, in Senatu egregie deceravit: sed Pompejanis inferior, cum Q. Cassio ad Caesarem confugerit: qui Roma cum exercitu potius, Lepidum praetorem urbi, Antonium Tribunum pl. legionibus & Italiae praefecit. In pugna Pharfalica sinistro cornu praefectus, & parta victoria, à Caesare Dictatore Magister equitum creatus est. Caesare à conjuratis interfecto, populum concione funebri ita accendit, ut Brutus & Cassius urbem profugere cogenterent. Ipse pro libidine omnia egit, & Octavio Caesari è Graecia reverte sefe opponens, Cicero-nis factione oppressus, ex urbe fugit, hostiisque à Senatu judicatus, & Mutinae obfessus, fugit trans Alpes, & Lepidi exercitum sibi qua prece qua pollicitationibus conjunxit. In Italiam reverfus, Octavio, qui à Cicero-ne, libertatis studioso, jam defecerat, sefe conjunxit. Et sic triumviratu constituto, trecentos proscriptores: & in campis Philippicis Brutum

L. B. T. theat. vit. a. Human. T. om. I.

A & Cassium oppresere, virtute potissimum Antonii. Cesare Romam redeunte, ipse in Orientem profectus, Cleopatram in Cilicia sese commisit, cuius postea illecebris & amoris perditus est. Interea cum Fulvia uxor ejus, ad Cesare Italia pulsa, Athenis obisset: orbem terrarum sic inter se sunt partiti, ut Oriens Antonio ad mare Jonium, Occidens Octavio cederet, Africa Lepido: & firmiori vinculi gratia Octavianus forem suam Antonio Cesare despondit. Ventidium Antonius contra Parthos misit, qui de eis ter vicis primus triumphavit. Eiusdem legati Sossii multa in Syria paravit, Canidius Armeniam domuit, Iberos quoque & Albanos ad Caucasum usque. Contra Parthos Antonius cum lxx. militibus Rom. equitum xviii. ceterarum nationum xxx. quanto apparatu nullus ante Romanorum Parthiam intraverat, bellum ante tempus movens, cunctaque administrans abrupte, ut cum Cleopatra hybernare posset: Phraata Parthorum urbem frustra obsedit, & exercitum vix reduxit, cum Parthos xix. preliis fudisset, verum equitatu expedito destruitus, cum eos persequi non posset, amissis suorum xxx. militibus, & xviii. equitum, quorum supra dimidium morbo perierit. Hinc cum Octaviam, quae Athenas venerat, domum redire iussisset, quod Cleopatras amoribus penitus esset dementatus: hostis ad Senatu judicatus, classe n. navium, pedum cum equitum xiiii. ad Actium Octavio occurrit. Cumque eum ad singulare certamen provocasset, & in Cleopatras gratiam contra ducum suorum monita classe confugeret: illam sub pugnae initium cum lx. navibus suam legionibus terrestribus relictis, Octavio victoriam concessit, non plus quinque milibus amissis. Alexandriae tandem ad Cesare obfessus, & primum a classe, mox ab equitatu suo ad Cesare deficiente desertus, susoque equitatu, manus sibi intulit, & inter Cleopatras amplexus expiravit, an. nat. lvi. postquam annos amplius xiv. cum Cleopatra vixisset. Plur. in Antonio.

Ventidius M. Antonii III. viri legatus, Labienum, qui ad Parthos defecerat, & summum Herodis Parthorum regis ducem Pharnapatem interfecit. Praeterea Pacorum Parthorum regis filium, ingenti exercitu Parthico iterum Syriam invadentem, signis collatis in Cyrestica fudit, multosque concidit. Inter primos cecidit Pacorus. Hoc factum, quod in celebratissimis fuit, abunde vindicavit populi Romani acceptas sub Craffo clades, Parthosque denuo intra Mediam & Mesopotamiam redegit, tribus ordine certaminibus profugatos. Eum Antonius pro meritis honoratum ad triumphum misit. Hic de Parthis ad hanc memoriam triumphavit solus, vir obscuro natus loco: sed per amicitiam Antonii magnam rem gerendam accepit materiam, qua pulcherrime usus, dictum de M. Antonio & Octavio Cesare confirmavit, felicis res eos per alios quam per se gerere. Quippe Antonii legatus Sossius multa in Syria paravit, Canidiusque ab eo in finibus Armeniae relictus hanc domuit, Iberorumque & Albanorum regibus subjugatis, usque ad Caucasum profectus est. Quibus rebus nomen & fama inter barbaros Antonii potentia est amplificata. Plur. in Antonio.

Augustus Imper. Cantabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas, Romano subjecit imperio. Saevo, Carzofque delevit. Sicambros in Galliam transfudit. Pannonios stipendiarios adjecit. Getarum populos, Baeternaque laecissos bellis ad concordiam impulit. Obsides accepta Persis, creandique regis arbitrium. Ad eum Aethiopes, Indi, Scythae, Garamantes, legatos cum donis miserunt. Bella civilla quaque gessit, Mutinense, & Actianum adversus M. Antonium: Philippense in Bruttum & Cassium: Perusinum adversus M. Antonium, Triumvirum fratrem: Siculum adversus Sextum Pompejum, Cn. Pompeji filium. In bello Mutinensi non modo ducis, sed etiam militis functus est munere. Nam aquilifero legionis sua graviter vulnerato, ipse aequilam humeris subiens diu portavit. Plur. in Antonio.

Druſus Germanicus, pater Claudii Caesaris, in Quarta Praeturaeque honore dux Rheticis, deinde Germanicis belli, Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducem navigavit: trans Rhenum fossas novi & immanis operis effecit, quae nunc ad huc Druſinae vocantur. Hostem etiam frequenter caesum, ac penitus in intimas solitudines actum, non prius desistit insequi, quam species Barbarae mulieris humana amplior, victorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi jus, & triumphalia ornamenta percepit:

ac post preturam confestim inito consulari, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit in civibus castris, quae ex eo Sclerata sunt appellata. Suet. Dio.

Titus Vespasianus, patre jam Imperatore declarato, ad bellum conficiendum relictus, cum ad Hierosolymorum muros inermis speculatum cum paucis processisset: subita oppidanorum eruptione circumventus, & suis interclusus, gladio sibi per medios hostes viam fecit, & divinitus, mille petus telis, illusus ad suos evasit. Mox cum castra metantibus Romanis, Judaei desperandi eruptionem ex improviso fecissent, Titus bis a militibus desertus, solus sua constantia totam legionem periculo liberavit, & castra munitendi copiam militibus dedit. Ioseph. lib. 6. c. 2. & 3. belli Jud.

Trajanus Hispanus a Nerva adoptatus imperium accipiens, militari gloria, urbanitate & moderatione omnes principes superavit. Nam fines imperii longe & late diffudit, Germaniam transhenaniam in primum statum reduxit, Dacia & multas transDanubium gentes imperio Romano subegit, Parthos recepit, Albanis regem dedit, Euphratem & Tigris provincias fecit, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, Seleuciam, Cresiphontem, Babylona vicis & tenuit, usque ad Indiae fines, & mare rubrum accessit, in quo etiam classem confutit, qua Indiae fines vastaret. Persecutione in Christianos omnia praecleara facinora deformavit, cum aliqui ita se aequalem omnibus praebuerit, ut usque ad Justinianae tempora in creatione principum sit acclamatur, Felicior sit Augusto, ac Trajano melior. Plinius.

Alexander Severus Imp. ingenti apparatu in Persas profectus, de Artaxerxe regi potentissimo triumphavit: tumque Persae primum servati ad Romanos fuerunt, ut Lamprius narrat, ann. Christi 225.

Severus Afer natione, clarissimus Imperator bellicis operibus. Neque enim aut civiles quicquam adversus inimicos, aut externas adversus Barbaros totidem alius victorias reportavit. Cyp. A. D. Gordianus Persas frequentibus praeliis vicit: ad Antiochiam, quae in Persis tum tenebatur, Saporem regem Persarum fugavit. Antiochiam, Carras & Nisibin, quae omnia sub Persarum imperio erant, recepit. Itaque factum, ut totum Orientem respub. Romana teneret. Plinius.

Ensebius & Lerus, de magnitudine imperii Romani sub Diocletiano haec tradunt: Ab Ortuo ad Judaeos usque propagati Imperii fines, non Euphrates, non Tigris verum et non superbae regum Persarum minae. A meridie, Aethiopes per legatos accessere. Ab Aquilone, Barbarae ferace nationes Sarmatarum domuit. Ab Oceano, Genforiacus Oceanus admirabilis victoriae testis est, simul & Britannicus. Toto igitur terrarum orbe undique Romana arma victorias illustres affectu sunt. Persae armis Roman. cedere concessi, intra positos terminos se tenuerunt. Post tota victorias, maximus ad Senatu triumphus Diocletiano decretus est.

Quum Valerian. a Sapore captus esset, Odenatus Palmyrenus decurio (qui inter triginta tyrannos connumeratur) collecto exercitu, aggressumque manu, rem Romanam tutatus est. Regis Saporis thesauros, regisque concubinas cepit. Nisibin & Orientis pleraque cum omni Mesopotamia recepit: ad Cresiphonta usque profectus, Saporem cum liberis in fugam vertit. Composito Orientis statu, a consobrino suo Maonio, in insidias Zenobiae uxoris, regnum sibi adstruere conantis, imperium affectante, interemptus est cum filio Herode. Cyp. A. D.

Cum Gothi, Scythae, & universae Sarmatarum gentes, impetum in Rom. ditiones facerent, Fl. Claudius Imp. Barbarum supra cccxx. milia superavit, ac contumit, ut paucissimi in patriam reverterentur. Navali pugna bis mille naves eorum deperdit: reliquos in Haemimontanis fame & pestilentia confecit. Scythae, qui Cretam ac Cyprum vastare nitentur, fame peritus repulsi sunt. Idem.

Aurelianus Imp. Gothos apud Danubium gravi praelio vicit. Zenobiam, haud longe ab Antiochia terrore magis quam praelio victam, in triumphum una cum Tetrico duxit: quo apud Catalaunos superato, Gallias receperat. Firmo Seleucio, qui sibi Aegyptum vendicabat, occiso, ad pacis opera conversus, templum Apollinis, & muros urbis magnificientissimis operibus extruxit. Plinius.

Probus (qui postea Imper. factus est) impubes etiamnum Valerian. Imp. judicio tribunatum adeptus, bello Sarmatico, transmissio Danubio, multa fortiter & strenue gessit, Valerian.

A Flaccum a Quadorum manu liberavit. Unde illi corona civica a Valeriano donata est: sed & pro concione laudatus, dono accepit hastas fortis, coronas vallentes, civicas, veritatis, armillas, torquem aureum ac patenam, ob res praclare gestas. Sub Aureliano & Claudio, murum conscendendo, diripiendo vallum, interimendo cominus hostem, plurima dona meruit Aurelianus illi Decumanos exercitus tanquam fortissimum tradidit, ut si sibi scienti contrarium aliqui eveniret, Probum principem faceret. Et Tacitus in Senatu ferunt dixisse, cum ei imperium offerretur, illud Probo deberi. In Aphrica contra Marmaridas fortissimè dimicavit. Carthaginem a rebellionē vindicavit. Aradionem quandam in Aphrica singulari duello proftravit. Multa in Aegypto fecit insignia opera, pontes, templa, basilicas. Pugnavit etiam contra Palmyrenos feliciter. Creatus Imp. vel invitus, Gallias a Germanis recuperavit, receptis lx. urbibus. Cum securi in Rom. forum intrerent Germani, caesis cccc. milibus, reliquias ultra Nicurum & Alburn flavius removit. Trans Rhenum in hostico castra metatus, in eam redegit necessitate Germanos, ut non modo novem regum supplices ad pedes ejus procumberent, sed etiam obsidium loco xvi. milia tyronum Probo darent: quibus auxiliariis exercitum suum validiore reddidit. Pacata Rhætia in Illyricum venit, & nullo bello exclisus Sarmatis, cuncta recepit quae illi abstrulerant. In Thracia Gothos ita tenuit, ut illos aut in dedituram, aut in amicitiam reciperet. Ciliciam ac Phauriam latrociniis perpurgavit, ac Pamphiliam. Parthos ita tenuit, ut ad eum legatos mitteret de pace. In Thraciam reversus, Baftanum in solo Rom. confutit, qui in fide permanerunt, cum alii Barbari longe lateque vagarentur, quos & fudit, & fugavit. Saturnianum, qui Orientis Imperium arripuerat, diversis praelis superavit. Proculum & Bonosum imperium in Britannia, Hispania atque Gallia affectantes, interemit. Bellum Persicum parans, in Illyrico a militibus est occisus, quod eos nunquam otiosos esse fineret.

Constantinus Magnus, Chlori F. sub Galerio Maximiano miles, ducenti Sarmatarum catenis vincitum adduxit, Leonem quoque in theatro superavit. Insidias tyranni fugiens, ad patrem in Britanniam, jam animam agentem, confugit: & regno Galliarum, Hispaniarum atque Aegypti, Etruriae regis Alemannorum opera, ex patris favore potius, contra Maxentium a Senatu advocatus, crucis signum praefertens, Romae illum opprefsit. Licinio, quem Galerius adoptaratus forem Constantiam dedit, & Imperii fecit consortem. Quem victo Maximiano Daza superbiens, post multa praelia tandem Nicomediae privatum vivere coegit. Vicit Sarmatas acque Gothos Thraciam insistentes, & propter rerum gestarum magnitudinem Maximus dicitur est. Cyp. A. D.

Julianus a Constantino Imp. adoptatus, in campis Argentoratensibus, cum paucis militibus, infinitas hostium copias delevit: quadraginta milia Romanorum, qui iure belli serviebant, ab Alemannis recepit. Eorum regem Badomatium cepit. Hac fraude Barbarorum, urbem Argentoratum insigniore reddidit. Proinde bellorum successu Trajano, clementia Antonio, moderatione M. Aurelio comparatus est. A militibus inde salutat Augustus, licet invidus, cum frustra se Constantino exultaret, contra illum ducto exercitu, in Illyrico Constantii mortem intulit. Ab eo successores dicitur, Persica expeditione perit.

D Stilico Vandalus, a Theodosio Magno Honorio F. tutor datus, Serenae nepis ex fratre Theodosio conjugio cohonestatus, Honorio filiam primam Mariam, inde Thernaciam elocavit: eundem ab Alarico primum Gothi, deinde a Radeagiffi Scythae non dubia servitute equit: vir domi, militisq; insignis, acer confilio, manu promptus, principibus carus, sed militibus carior: & qui ad ceteros titulos praeturam in exercitu per annos viginti tres gesserat, & cum potestate propè Augustalis post Theodosii mortem in Occidente veritatus erat: tandem Olympi praetorio praefecti calumnias circumventus atque caesus est. Socrumen. & Zosim. Alii alius de causis necem Stiliconi aliam ferunt. Jordanes & Marcellinus, quod Vandalos in Galliam immississet: Numanianus autem, quod Gothis Italiam prodidisset. Sigon. lib. 10. Imp. Occid.

Constantinus Comes Romanus, unicum Honorii Imp. propugnaculum, Constantinum tyrannum Arelaticum cum Juliano F. in potestatem redegit: Jovinum, qui in Arvernia purpuram sumperat, repressit: Maximum in Hispania coertuit: Burgundionibus pacem dedit: Ataulfum Gothorum regem & Narbonensium Gallia in Hispaniam fugere compulit: L. B. Theat. vite Human. Tom. I.

Attalum tyrannum cepit: cum Vallita, qui Ataulfo successerat, foedus fecit: Placidiam Honorii sororem, Alarici viduam, recepit: ejusque matrimonio voluitate Honorio potius, ab Honorio tandem in imperii locietate acceptus, sex tantum menses supervixit, relicto Valentiniano III. F. qui Honorio successit. Sigon. lib. 11. Imp. Occid.

Etii pater Gaudentius, primoris in minore Scythia loci, militiam a domesticatu exortus, usque ad magistrum equitum culmen ascendit: mater Itala, nobilis ac loquax femina. Aetius ipse de Doroſtana Myſiae a puero praetorianus, tribus annis Alarici obfes, deinde Hunnorum: post Carpilionis gener, ex Comite domesticorum curam palatii sub Joanne tyranno post mortem Honorii gerere cepit, ab eoque in Pannoniam cum ingenti auri pondere ad accersenda Hunnorum auxilia missus est, qui erant ei noti, & famiati amicitia juncti ab illo tempore, quo apud eos obfes egerat. Ceterum victo captoque ante ejus adventum Joannes Ravennae ad partes Valentinianum III. tranſiit, eique Placidia Augusta non solum veniam dedit, sed etiam Comitum dignitatem imperiit, quod Hunnos sine tumultu extra Italiam dimississet. Neque enim erat obſcurum, quantum illi alere in cendum poruissent, si eorum uti opera perexisset. Theodorium Gothorum regem ab Archilliarum oppidi Galliciae defensione avertit, Clodionem Francorum regem repulit. A Bonifacio Africe comite, quem per calumniam perdere studuerat, ex provocatione victus, dignitate nudatus in agrum se contulit; inde ad Hunnos confugit, eorumque opibus jus interpolatae potestatis recepit. Gundicarium Burgundionum regem Belgica expulit. Atilam orbis terrorem in campis Catalaunicis auxilio Theodorici Gothorum regis anno 453. profugavit subsidie in Italiam debachantem sustinuit, & cadere icto pedem referre coegit. Maximi senatoris calumniam a Valentiniano III. Romae evocatus, per insidias caesus est. Quo extincto, tanta fuerat in eo virtus in dogles, tanta auctoritas, atque ad omnes res consulenda aequas agendas consilii promptitudo, animique alacritas. Sigon. lib. 13. Imp. occid. ex Paulo Diacono.

Gratianus Imp. religione ac pietate omnes penes, qui antea fuerunt principes, superavit. Usi armorum strenuus, velox corpore, curia, palestra, saltu, cervos superabat. Circa Argentarianum oppidum, triginta milia Alemannorum Gallis insistentium fudit. Unde & Germanicus & Alemannicus dicitur est. Cyp. A. D.

Theodosius Magnus, Hispanis genere, a Gratiano Imp. contra Hunnos & Alanos in Thraciam missus, Barbaros mira celeritate superavit, & trans Istrum abegit: & propterea xxx. aetatis anno a Gratiano purpura indutus, & Orientis imperio praefectus fuit. Gothos Rom. confociavit. Maximianum tyrannum, Gratiani interfecit, & Victor ejus F. opprefsit, & Valentinianum Juniorem regno restituit. Eugenum tyrannum, & Arbogastem Valentiniani partidam, acie vicit. Dum Mediolani ludos pro victoria celebrat, morbo correptus obiit. Imp. Opt. in omnes homines munificus ac liberalis, potissimum tamen in bonos. Diligebat ingenia simplicita, mirabarur erudita, literis ipse mediocriter eruditus: multum tamen sagax, & veterum gestorum diligens investigator, sed qui superba ac crudelia facta improbat. Cyp. A. D.

Heracius Imp. cum ob Phocae signaviam in tempora incidisset turbulentiſſima, Persis Africam & Asiam, Hunnis Europam vastantibus, & legiones omnes fere Barbarorum impetu absumptae essent, avarium denique penitus exhaustum foret: pacem cum Hunnis fecit, ipse contra Cosroem crudelissimè tyrannum vel invitus bellum susceperit, tyrones confripit, in armis exercuit, thesauros ecclesiarum in stipendium militibus convertit, & tribus praelis cruentiss. Sarbarum, Saim & Ralatenem Cosros duces vicit: Cosroem vita & imperio exuit, cum Siroe ejus F. pacem firmavit: felix nimium, nisi in Monothelitarum haeresim incidisset, & incestus nuptis filiae fratris Martine sese pollulisset. His namque vitis infesto auxilium divinum deinceps desuit, & Saraceni Asiam occuparunt. Paul. Diacon. l. 18. Zonararum l. 5. Tom. in Chron. Otho. Phrysingenſis, lib. 6. cap. 50.

Justinian. I. Imp. ubi a Justino avunculo susceperat imperium, Belisarii ductu Persas superavit, & veteres imperii limites reformavit. Illyricum ab Herulis & Bulgaris vastatum recuperavit. Hypatium & Pompejum, Anastasium Imp. nepotes ex filia, imperium occupantes, occidit. Dandalos in Africa domuit, Gilmere eorum rege capto. Stozarum rege novus in Africa molientem opprefsit. Bello Gothico in Italia per novem annos finem

A imposuit, ann. imperii sui xlix. capto rege Vitige per Bellisarium, caelo Torila per Narsetem eunuchum, propter tot victorias appellatus est Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Paul. Diacon. lib. 28. rerum Rom. & Cyp. A. D. Belisarius dux Justiniani Persas vicit, Vandalorum regnum in Africa sustulit, capto Gilimere eorum rege, trium mensium spacio. Bello inde Gotico datum initium, an. Sal. 534. Justiniani VIII. quod per xlii. annos varia fortuna duravit. Ad id missus Belisarius, Siciliam primo subegit, mox Campaniam, Romam contra Vitigem Gothorum regem tutatus est, eumque non multo post Ravennam obsesum, cum urbe cepit, & Constantinopolim in triumpho duxit. Revocato Belisario ad Particum bellum, cum Gothi rege Totila animos resumissent, & omnibus ferè recuperatis, Romam vastasset: Belisarius rediit, ad febri affectu, Totila obistere non potuit. Mox cum convalesceret, ob metum belli Perfici à Justiniano revocatus est, eique successit Narfes eunuchus. Sab. lib. 3. En. 8. Blond. lib. 6. Dec. 1. ex Procopio, de bello Gothorum.

Narfes Eunuchus, primò bibliopola fuit. Hunc cum in cubiculum suum accepisset Imp. Justinianus, cognita hominis virtute, eum in ordinem patriciarum ascivit. Narrant, coluisse illum magnopere Deum, & Virginem Deiparam ipsi manifestè apparuisse, mandasseque, quando pugnandum esset, quando non. In revocato Belisario Constantinopolim ob metum belli Perfici, ann. xvi. belli Gothici in Italia isto federe cum Longobardis, qui duci Albonio Pannoniam inferiorem occupant, cum magnis copiis Italiam ingrediuntur: Ravennam petit, Totilam apud Brixellum occidit, Thejam in ejus locum successum, non longè à Nuceria oppressit, ann. Sal. 544. Atque ita secundo & septuagesimo anno, postquam Theodericus eorum rex primò Italiam ingressus est, Gothorum nomen regno exiit. Reliquias Gothorum sustulit, anno post inchoatum bellum decimo octavo Romam instauravit, Mauritaniam tributariam fecit. Buccellenum Theodebaldi Francorum regis ducem, qui magnam Italiae partem occupatam, interfecit, & 16. ann. in Italia imperavit. Mortuo Justiniano, cum ei successisset Justinus Junior, anno ejus tertio, ab invidis quibusdam accusatus tyrannidis, & à Sophia Augusta ad telum faciendam amarulenta ironia revocatus, respondit, se talem telam orditurum, qualem Imp. dum viveret, non posset texere. Neapolim fecisset in Campania, indeque mox per legatos, Longobardos ex Pannonia ad Italiam occupandam evocavit. Platina, Sabell. lib. 4. En. 8. Blond. lib. 7. Dec. 1. Procopio lib. 3.

Carolus Pipini F. cognomine Magnus, gravissima bella & maxima gessit. Primum Aquitanicum, à patre quidem inchoatum, & vivente fratre Carolomanno suscepit, sed sine ejus auxilio finivit. In quo Hunoldum, qui Vaisaro successit, stravit, fugavitque. Longobardicum inde bellum, precibus Adriani Pontificis, suscepit. Aristulphum regem ad restituenda Italiae oppida, & reddendos obides compulit. Desiderium ejus F. longa obsidione fatigatum Papae in deditorem accepit. Desiderii filium Adalgisum, in quem spes omnium inclinare videbantur, Italia excedere compulit, omnia Romanis erepta restituit, liberamque Italiam Adriano pontifici tradidit, Longobardis pulsus. Tertium bellum Saxonicum est ceteris quidem laboriosius & per intervalla gestum, utpotè à patre ejus inchoatum, quod tandem trigesimo tertio anno absolvit: quo ferocissimas gentes atque toties rebellis compulit, ut Christi assumerent religionem. Domuit & Hispanos. Sed dum per Pyrenaeos montes egreditur, à Vasconibus in insidiis delatentibus, exercitus cladem passus est: quo Rolandum ex sorore Bertha nepotem, Britannici limitis praefectum, virum strenuum, cum aliquot ducibus, amisit. Britones, qui ad Occidentem in extrema Galliae parte in Oceanilitore habitabant, quò dicto audientes non erant, imperata facere coegit. In Italiam cum exercitu veniens, coegit Aragisum Beneventanum gentis ducem filios obides dare, & jugum ferre. Bellum Bojoricum uxor Tassillonis ducis, filia regis D. d. f. in Lumburgia, vel Luberta excitavit, patris exitum olentem cupiens, advocatis Hunnis, quibuscum federata junxit. Carolus victor vitam concessit Tassillonis & filio, sed tonis capillis in cenobium detrusit. Natum ex hoc alind gravissimum, Avaticum cognominatum, cum Hunnis, qui & Avares dicitur, per octo annos gestum, quorum regiam Ringum Carolus expugnavit, totam penè Hunnorum nobilitatem sustulit, congellos thesauros diripuit. Nec ullo unquam bello Franci magis dirati sunt. Gessit & alia multa bella, Slavonicum, Normanicum, quibus Da-

nos & Sveones perdomuit: Boemicum & Limonicum, quibus & Abodritas in suam ditionem redegit. Haec bella annis quadraginta sex administravit, partim per se, partim per praefectos ac filios suos. Aquitaniam, Vasconiam, totumque Pyrenaei montis jugum usque ad Hiletum amnem: totamque Italiam ab Augusta praetoria usque in Calabriae minorem; ubi Graecorum ac Beneventanorum erant confinia, possedit: Saxoniam, quae magna pars Germania est, & utramque Pannoniam, cum Histria, Liburnia ac Dalmatia, imperio adiecit. Cum Constantinopolitanis Caesaribus secedus junxit: gentes Barbaras inter Rhenum & Cistulam, Oceanum & Danubium, perdomuit. Crantz. lib. 2. Saxonie.

Ludovic. Pius Imp. Britones à Francorum fide deficientes, in suam potestatem redegit, eorum rege occiso. Vascones per filium compevit, Pannoniorum tyrannum, Aquilejam bello prementem, occidit: piratas ex Dacia in Aquitaniam irumpentes, arcuit. Italicum tumultum per filium Lotharium sedavit, Bulgáros pacavit. Normannos ad fidem adduxit, & lavacro baptismatis abluit: Frisiam illis donavit, ut tuciores ab infidelibus essent. Saracenos Italia expulit. Cyp. A. D.

Otho I. Imp. à rebus gestis Magni cognomen sortitus, Henrici Saxonii F. Eberhardum Francorum ducem, Henricum Saxoniam ducem fratrem suum, & Gilbertum Lotharingiae ducem fororiturum suum, qui contra se conspirant, domuit. Boemos xv. annis sibi subiecit. Hungaros Franconia expulit. Burgundiam subegit. Ludovicum Francie regem, ab Hugone Ruperti F. regno pulsam, restituit, Italiam ingressus, Berengarium regem cepit: Adelhaidam, viduam Lotharii regis Italiae, vinculis liberavit, & uxorem duxit. Conradum ducem Sueviae & Luitolfum F. armis victos, ad petendam veniam addidit. Hungaros, vastata Gallia in Bavariam irrupentes, illustri victoria ad Lycom superavit, ut cc. prope annis nullus regum parem sibi affectus. Berengarium denuò in Italia tyrannidè exerceant domavit. Obiit tandem apoplecticus Magdeburgi. Idem.

Henricus II. Imp. fortibus gestis insignis fuit: ut mirum sit, hominem ita religioni deditum, potuisse imperii terminos & ab hostili incurfu reddere tutos, & regnum suum lo cupletare ac augere. Quae enim caeteri reges ensibus & humani sanguinis effusione, non sine magna multorum calamitate, persequuntur: hic pietate, religione ac bonis virtutibus peregit, & imperiale dignitatem decore, gloria ac majestate exornavit. Sic Boemiam subjugavit, sic Burgundiam in deditorem recepit, sic Pannoniam fidei Catholicæ & Romano imperio conjunxit, & magis precibus ad Deum quam armis triumphavit. Idem.

Henricus III. Imp. Boemos rebelles imperata facere coegit, Petrum Hungariae regem caeso Aba restituit, Romanum ichisma trium pontificum sedavit. Calabria à Saracenis purgavit. Idem.

Henricus IV. Imp. puer relictus à patre, & malè sub matre primùm, mox etiam sub Annone Colonienfium Episcopo institutus, vitis suis omnibus odio cæpit esse, & à Greg. VII. anathemate notatus est. Principum quibdam Rodolphum Sueviae ducem regem creavit. Quem gravissimis bellis, persequutus tandem occidit: Hermannus nobilis Saxo à Saxonibus electus, & post illum Egbertus Marchio quidam, oppressi sunt. Conradus patrii rebellis, Italiae regnum occupavit. Sed iniquissimè à filio Henrico V. quem Caesarem appellarat, tractatus, tandem Leodii ex animi more perit: princeps alioqui ingenio acer & bellicosus, & re militari H. fortunatus, utpotè qui sexagies & bis acie collocata pugnavit, M. Marcello & C. Julio superior: quum jam regnasset undequinquaginta annis. Idem.

Fridericus I. vulgò Barbarossa vel Enobarthus, à rubra barba cognominatus, filius Friderici ducis Sueviorum, manu strenuus, animo fortis, Conradus regis patruo defuncto, Francofordiae rex ab universis Germaniae principibus designatus, mox Aquiligrani ab Arnaldo Colonienfè Archiepiscopo coronatur, in sedemque Caroli collocatur. Tribus primis annis pacem inter Germaniae principes, ob ducatum Bavariae & Saxoniae, multo admitandoque labore composuit. Italiam cum exercitu ingressus, ab exulibus Apulis in iratus contra tyrannidem Guilielm. Siciliæ regis, qui patri Rogerio successerat, Mediolanum expugnavit, atque incedens consumit: Aitam diruit, Dethronium rebellem solo æquant, Papae triumphat, ac ferreae coronae insignitur. Dein transivit Apenninum, & peragrata Tuscia, Romam ingreditur, & imperii coronam accipit ab Adr. IV. Senatores id agrè ferentes, seditionem in urbem movet, Imperator immisso exercitu eos com-

ITALORUM.

A compevit, Spoletum evertit. In Germaniam regressus, bella civilia inter Hermannum Palatinum & Arnold. Moguntin. Archiepisc. sedavit, & propterea Pater patrie dictus est. Polonos rebelles superavit. Iterum cum cm. armatorum Italiam ingressus, Mediolanenses rebelles fuit jugavit, & per Burgundiam reversus est. Rebellantibus tertio Mediolanensibus cum confederatis, Mediolanum funditus evertit. Reliqui Longobardi, Placentini & Brixienfès, se se Imp. dediderunt. Orio inde schismate inter Victorem & Alexand. III. Imp. Victoris favens, Romam obsedit; sed pestilentia abire coactus, quartò rebellantibus Mediolanensibus, & Venetis Alexandrum suscipientibus. Vix tandem pax facta est. Imp. suscepta contra Saladinum in Babyloniam expeditione, cum in Serra Armenia fluvio per aestum abluatur, vorticibus rapidissimi fluminis absorptus, Tyri sepelitur. Idem.

Fridericus II. Imp. Henrici VI. Imp. & Constantiae F. utriusque Siciliae & Hierosolymæ rex, Sardiniae & Italiae dominus, dux Sueviae, Friderico I. avo similis, militaris laudis appetentissimus. Corpus laborum patientissimum, plurimum audaciae ad subeunda pericula, non minus tamen consilii inter ipsa discrimina: nullo unquam labore fatigatus, nullis caecibus. Othone IV. dejecto ab imperio, xx. annum regens, Francosorti electus, Aquiligrani consecratur, Romae ab Honorio III. coronam sumit. Interea cum pontificem comites Tusciae rebelles suscipere, ægrè id Imp. ferre, & hinc principia bellorum. Mortuo Honorio, succedit Gregor. IX. qui Fridericum diè devovit. Suscepit Imp. & pietatis & placandi Papae gratia expeditionem contra Soldanum, & rebus prosperè fectis, inducias decennales pacificatur. Interea pontifex Apuliam subegit. Fridericus reversus, omnia recipit, & pacem cum pontifice componit. Caeterum pontifex absente in Germania denuò proficit. Revertitur Fridericus, & miserè affligit Italiam. Mortuo Gregorio, & Cælestinò, succedit Innocentius III. qui Lugduni Imp. anathemate notavit, & principes à juramento fidelitatis absolvit. Tandem in Apulia veneno potioratus, & à Manfredò spurio fufocatus est. Idem.

Arnolphus Imp. Slavos disidentes compevit, Normannos Lotharingiam vastantes ad internecionem usque caecidit. A Berengario rogatus, Lombardiam contra Guidonem Cingrellis, Bergomum armis cepit, & Ambrosium urbis Comitum in arbore suspendit. Italiam ingressus, Romam cepit, multatis ultimo supplicio feditiois auctoribus contra Formosum pontificem. Tandem à Guidonis uxore medicato poculo potioratus, phidriam perit. Cyp. A. D. & Emil. lib. 3.

Conradus I. Imp. Franconiae dux, animo corporeque validus, adè ut plerique timorem, multis iniecerit obedientiam. Potentissimi principes ejus ætate florebant in Germania, Arnolphus Malus in Bavaria, Burcardus Sirenius in Suevia, Eberhardus Comes potentissimus in Orientali Francia, frater regis Gisilbertus dux in Lotharingia: omnium autem praestantissimus Henricus Saxonum & Thuringorum dux. Qui omnes Conrado erant rebelles. Sed eos ille partim consilio ad amicitiam reduxit, partim robore compevit: tantaeque ille strages intulit, ut ex maxima occisorum militum multitudine, plerique in antiquorum philosophorum venirent sententiam, animas post mortem iterum in alia corpora immigrare. Cyp. A. D.

Rudolphus Habsburgensis manu promptus, animo fortis, quatuor decies cum hoste conflixit, semper victor. Et propterea Victoriosus cognomen accepit. Idem.

Albertus I. Austriacus Imp. duodecies collata acie dimicavit, semper victor, & septuaginta ob id Albertus Triumphantor cognominatus. Idem.

Albertus Fridericus, Marchionis Brandenburgensis F. vir rei bellicæ gloria omni ævo memorabilis, gessit cum Norimbergensibus grave bellum: quo motu tota penè Germania in partes abijt, estque interim novies acie dimicatum: fueruntque prælia hæc omnia Alberto secunda, præter unum. Militavit in Polonia, pugnavit in Silesia, castra posuit in Prussia, hostes in Boemia fudit: nullus est in Germania locus, cui non suæ militiae vestigia impresserit: ad summam pluribus interitæ præliis, quam caeteri ducis sui temporis aut viderint, aut audiverint. Sæpius ex provocacione dimicavit, ac victor semper, sepe galea dumtaxat & clypeo tectus, caetera internis: xviii. equites sunt ab eo hausta superati, & ad terram dejecti, ipse nunquam ab ullo ejusmodi ludicio certamine victus: quo est factum, ut Teutonibus Achilles sit dictus. An. Syl. in Europa, & Sab. lib. 8. Em. 10.

L. B. T. theat. vitæ Humanæ Tom. I.

Circa annum Sal. 1390. duo erant in familia comitum Canii præcellentes in armis duces, Joannes & Alberticus, cuius causa factum est, ut ab exetris Italia sit liberata. Alberticus enim post captum à nepote Jo. Galeacio Bernabovem vicecomitem, cui militaverat, Italos multis in locis atma tractantes, in societatem unam coegit, sancti Gregorii vocatam. Cum qua Britones, qui sexaginta ferme castra in agro ecclesiae vastaverant, & cum Cardinalis Genuesi ad sex milia Italiam ingressi fuerant: & deinde Teutonicos, ac postremò Anglos, Joanne Hancut mortuo, ac Florentiam sepulto, Italia expulit. Blond. lib. 10. Dec. 2.

Franciscus Carmaniola fordido loco natus, adè ut etiam porcorum greges puer paverit, literarum ita prorsus ignarus, ut primas figuras non cognosceret: forma ac viribus corporis, fide aliisque virtutibus memorabilis, rei veteris militaris peritia usque adè præcellens, vt bellorum artem videri poterit (nam ad utroslibet ille transisset, migraffe cum eo fortuna credebatur) à Philippo Vicecomite præter meritum Genue præfectura dejectus, ad Venetos decessit, & Brixia capta, Philippi equitatum omnè cepit: & si paratò die victoria persequi voluisset, finis bello imponi potuisset. At cū hostes percipio dimitteret, Veneti suspicione ducti, quasi in Philippi gratia redire cuperet, Venetias evocati securi percussoribus, publicatis etiam bonis ejus, quæ in sumptibus belli haud parum temporis sufficere perhibentur. Jacob. Braccell. lib. 1. belli Hisp.

Nicolai Picinini à corporis brevitate dictus, dux castelli, in milites suos indulgens, in amicos liberalis, in hostes durus & asper, dimicandi cupiens, quietis imperatius, gloriae avidus, & in periculis obundans promptus ac securus, prælium ex occasione protinus sumpsit: hostem celeritate prævenit, excursione fatigavit. Levis armaturæ equite magis quam pedite utebatur. Fortes atque asperos milites amavit, hostium numero deterteri non potuit, diligens & expeditus in exercitu ductando. Quibus rebus cum plurimos & in Gallia Chalpina, & reliqua Italia triumphos ex hoste duxisset: haud dubie rerum gestarum magnitudinem, magistro Ivo Braccio major evasit. Sforcia ejus amulus fuit, & cum scientia rei militaris atque auctoritate pares viderentur, duo dubium fuit, uter alteri anteponderus esset. Sed hanc litem, fugatus in Piceno Nicolai exercitus, & ingens victoriarum Francisci cursus, & Mediolanensium fortuna in eum pleno cornu translata, protus diremit. An. Syl. c. 59. Europæ.

Braccius Montonius, qui sub Albertico Cunico prima fecit stipendia, mox ejus ductu non fessissimum duxit ordinem. Sub eodem duce & militiae magistro, pari indole, sed majore posteritatis successu, Sforcia Magnus illustratus, Canonice (est id Flaminez oppidum) ortus. Ab his Sforciamiant & Bracciani Italice militiae factiones inlytæ: quarum adè procedente tempore opes & fama creverunt, ut octoginta & amplius annis nihil ferè sit in Italia gestum, quod non hi aut illi, aut utriusque inter se gesserint. Sab. l. 9. En. 9. Sforcia fectis iusta acie feliciter pugnavit, ver tantum alienam fortunam expertus, & ea quidem conditione, ut adversus aliquot clarior quam secundis haberetur. Nemo enim eo constantius hostilem impetum ferre, pertinacius resistere, nobilius pedem referre, & denique fortius ducis simul ac militis officia implere didicerat: utpotè qui nunquam propinquo & ferenti hosti terga ostenderet, nunquam nisi omnium postremus, & ora ferociter obtentens, & acriter repugnans se reciperet. Jovius in vita Magni Sforcia.

Franciscus Sforcia, Magni F. etiamnum puer, Joanne regnum in Apulia adversus Aragonenses defendit. Mox Julia patris, adversus Braccium, qui Aquilam urbem jam pridem obsidebat, comparato exercitu est profectus: nec multò post urbis obsidio soluta est, vicusque Braccis Francisci auspiciis, & caesus. Hinc in Chalpina Galli Martini Pont. consilio contendens, ad Philippum Mediolanensium venit: cuius primo aspectu, gravitateque orationis captus Philippus, sic cum amate foveretque cæpit, ut non multò post Blancam filiam illi deponderit, Cremona urbe illustrata. Utis operam illius Philippus aliquandiu, incredibile dictum, quantò Philippi res melior ductu auspiciisque Francisci etiam adversus Venetos sit facta. Mox irato adversus eum Philippo, uti etiam de morte cogitavit, ad Venetos transiit: Venetique signa secutus, rem in Gallia penè collapsam restituit Philippo mortuo, victisque apud Caravagium memorabili prælio Venetis, Mediolani principatum sibi peperit: Alexandroque fratri Pisaurum urbem cum aliquot castellis oppidisque dono dedit. Fug. lib. 3. c. 1. & Egnat. l. 3. c. 2.

Kkk 4 Hic

A Hic denique omnibus bellis victor, omnia sua spe majora assequutus, dubium fecit, utrum fortuna virtutem, an virtute fortunam anteciperit. Utraque certe innoxia, ita dubiis etiam suis rebus & adversis alteram semper altera fovit, ut in neutra quidem ad res magnas gerendas, quamvis magnis & claris hominibus, desinitis alterius subsidio, satis momenti futurum probavit. Obijt minime opportuno tempore suorum, Pauli II. pontificatus anno altero, qui fuit Christi 1465, cum quadragimum & nonum annum natus, regnum adeptus, xv. rerum Mediolani potius esset. *Bruni lib. 2. Hist. Florent. Egnat. lib. 7. cap. 1.*

VENETORUM.

Henricus Dandulus, primum ad Manuelem Byzantium Imp. legatus à Venetiis missus, ab eodem penè excaecatus est, quòd liberius aliquando cum eo locutus esset, objecta oculis credenti lamina. Tum verò dux Venetorum creatus, inito foedere & amicitia cum Gallorum aliquot ducibus, qui de Hierosolymis recipiendis inter se convenerant, rebellantem Laderam jam quartum recepit. Alexium puerum, Isaacii Byzantini Imp. filium, cum classe ducentarum & amplius navium, patriis fascibus restituit. Non multo post Alexio puero & patre cæsis, quum Alexius Murciphus imperium sibi vendidisset, Byzantium expugnatum, Baldwinus Flander. Imp. creatus, Thomas Maurocenus Veneti sanguinis, primus Patriarcha dictus, Romani Pont. dignitas inter Grecos tum primum asserta, Creta; insula Veneto nomini vindicata. Quòd nisi ejusdem principis mors immatura contigisset, Veneti imperii gloria longè maxima, & imperii fines longius quoque procecti forent. *Egnat. lib. 3. c. 2. & lib. 7. c. 1.*

Sebastian. Zianus, dux Venetus, Alexandrum III. Pont. tota ferè Europa exulem, Venetiis excepit. Othonem Barbarossa Frederici filium, intra Adriatici sinus fines cum septuaginta & amplius navium classe insulstantem, multo minore navium numero aggressus, vicit, cepit, Venetias ad Alexandrum deduxit. Is legatus ad patrem missus, polliciturque re infecta se ad Pont. redituro, genitoris animum sic flexit, ut deposito itarum aestu, Fredericus Venetiis Alexandro Pont. ad vestibulum aureæ adis sedenti se submitteret, pedesque sit osculatus. Mox Romam redeuntem ita comitatus est cum ipso principe, ut nemo reconciliata gratia inter urrumque non summoperè letaretur. *Egnat. lib. 3. cap. 2.*

Andreas Contarenus vaticinio quodam acceperat, fore, ut si dux Venetorum crearetur, patria in graves calamitates incideret. Mortuo Marco Cornario duce, in agrum Patavinum secesserat. Absens dux dictus, vi cognati cuiusdam astu persuaderi potuit, ut urbem sui vivendi cupidam saltem invaderet, & præsens ipse data dignitate sese abdicaret. Reversus hoc animo, cum universam urbem sibi occurrentem in flagris animadvertisset, omnesque exclamantes eum ducem audiret, vix tandem adduci potuit (magistratum etiam minis interjectis) ut dignitatem susciperet: in qua non multo post Genuesi funestissimo bello tanta animi fortitudine se gessit, ut non victus Pisanus Imp. maritima pugna ad Polam, non expugnata ab hoste Ligure Clodia, non accerbissima in urbe famas, non rei pecuniaræ defectus, animus ejus unquam fregerit: quin ipse aliquot familiis in patricium ordinem acceptis, classem conscenderit, major jam natu, sevientique hyeme Clodiam obfuderit, eamque ipsam urbem ipsemet expugnavit, triumphansque ex hoste in urbem rediit Calend. Julii, qui dies Venetiis ob id ipsum factus est. *Idem.*

Petrus Mocenicus, Nicolao de Canali rei maritimæ Imperator successit, Eubœa insula jam antè amissa, universam Græciam Othomanicis armis oppressam, rescollavit, Naupactum Turcarum penè armis expugnatum servavit, Cyprum insulam Veneto nomini, Cornelieque familiæ adjecit: Scodram jam deploratam, incolumem præstitit: Veneto imperio planè constituto, mortuo Nicolao Matcello duce princeps declaratus est. *Idem.*

Petrus Zenus, Imp. universæ classis Venetæ, cum Pontificio legato adversus Turcas missus, quum eos universæ maris possessione brevi eiecisset, mox in continentem cum universis copiis descendens, magnam Ætolie & Jonie partem Christiana pietati vindicavit: nec multo post recepta Smyrna, quum litatorio sacro interesset, neque discedere inde statuisset, nisi peracto sacro: Turcis occurrentis, fortissimèque pugnans, desertus ab omnibus, in eo quem ceperat loco, occidit: & retentæ pietatis nobile postis exemplum, egregie fortitudinis insigne reliquit monumentum. *Egnat. lib. 3. cap. 2. & 6.*

Carolus, Petri Zeni filius, primum ad Methonem Genuesem classem, cui Bucicaldus Francisci sanguinis præerat, superavit: pedem clavo sagitta affixus, sua manu fortissimè belli aleam ad extremum usque sustinuit, victorque evasit. Bichinoniam navim magnitudinis inusitata, & militum copia insignem, expugnavit, tanta gaza auroque onustam Venetias deducam, ut inde aliquid publice spei ad rem benè gerendam reipublica auferret. Imperator rei maritimæ declaratus, Clodiam urbem munitissimam Genuesium præsidio recepit. Fuso fugatoque Ligure, reque Veneta pristina dignitati restituta, senex jam Cyprum insulam regnum à Genuesibus vindicatum, regi restituit. *Egnatius lib. 3. cap. 2. & 6. & lib. 8. cap. 16.*

GALLORUM.

Clodoveus Gallorum rex, Alemannos domuit, Vesteigothos Arianos regno suo expulit, Alaricum eorum regem cæcidit, regnum Francorum constituit & ampliavit. *Emil.*

Carolus Martellus, Pipini magistri equitum nothus ex Alpaide pellice, Austrasianorum dux à patre creatus: eo mortuo, è carceribus elapsus, in quos à Plegrude noverca detrusus fuerat, Chilpericum II. regem cum Ramanfredo magistro equitum cepit, & re contra Saxones benè gesta, bello imminente Aquitano, princeps Francorum à proceribus salutatus, ad Turonum urbem cccc. Saracenorum millia acie vicit. Qui dies gloriosissimus Francis illuxit, celebrataque est in reliquis Christianis imperii lætitia, quòd devicta Hispania, Barbari relique Europae domandæ conatus à Francia tentanda auspiciati fuissent. Qua laudis dulcedine semel gustata, Martellus alterum bellum pro religione gessit. Frisi non dum publicè consentientibus omnes animis Christianam pietatem professerantur. Ros tressit bello è contineti pulsos Francus, insulas inter Rheni, quibus se tegebant, classe expugnatis, dedicationem facere coegit: ac evectis deorum adibus, famulos Christi de religione publicè conaturos deinde recipere, audeat. Que parte Visigothicum bellum tenatum est, Saracenis operam suam conferentibus. Nam & Ariani in Hispania Galliaque reliqui, in Francos conjurantes, & Saraceni in genominam priorem delerant, sedes cum his junxerant. Jamque transmissio Rhodani Lugdunensem Galliam miserè populati erant hostes, cum Martellus Luitprandus Longobardi, Lanfredi Alemanni, & G. Odillonis Bavari auxilium subnixus, Athinum Saracenorum regem, expugnata Avonione, Narbonne, & mox Amoreo regem, in subsidium suis veniente, Illiberim, signis collatis ad intemecionem casu, Narbone relicto è Gallia in Hispaniam fugere coegit. Altero hoc bello Saraceno confecto, Luitprandus Longobardorum rex urbi Romæ infestus erat, quòd Romani proceres Thrafsymundum ducem Spoletinum, cum à se defecisset, copias jusserunt. Gregor. Pont. Max. immenente Urbi à Longobardis obfisione, fidem Martelli velut accerrimi religionis defensoris imploravit. Armis opus non fuit. Martelli auctoritate Longobardus suum dolorem condonavit, pace Romæ data. His tanta cum gloria rebus gestis Martellus obijt, ann. Salut. septingentesimo primo & quadragesimo. Sex & viginti annis rebus Francis præfuit. *Emil. lib. 2.*

Pipinus Caroli Martelli F. magister equitum sub Childerico III. rege ignavissimo, victis Saracenis tertio in Franciam irrumpentibus, & ultra Pireneos montes delegatis, à Zacharia Pontifice regium titulum obtinuit, & à Stephano successore confirmatus est, in clericum attono Childerico. Ut H. pontifici gratus esset, Aistulsum Longobardorum regem bello adortus, agris multavit, quos pontificati assignavit, frustra reclamante Constantino Cæsaris Constantinopolitani legato. Saxones & Tassilonem Bavarorum ducem tributarios fecit. Vastarum Aquitanie ducem domuit. Obijt annos natus LXIII. *Emil.*

Rolandum limitis Britannici præfectum, quamvis multa de illo milite fortitudinis edita exempla vulgò referantur, quæ fabulis propria videtur possunt, non tamen id in dubium venit, omnibus sui temporis fortitudine præfuisse: Carolique Magni, cuius ex Bertha forore nepos erat, felicitatem & gloriam hujus potissimum lacertis constituisse. Qui demum in insidiis cum fortissimo quoque suorum præcipitatus circa Pyreneum saltum, post ingentis fortitudinis patriata facinora, hostibus magno numero interfecit, cecidit, ne nuncio quidem tante cladis relicto. *Sab. lib. 4. c. 6. & Egnat. lib. 3. c. 2. & Cyprian. A.D. in Carolo.*

Odettus Lotrechius, Insubria præfectus, à Francisco Gallorum rege Neapolitanum regni proculdubio recuperasset, nisi

A nisi pestilentia in ipsius urbis obfisione extinctus fuisset: vir ceterò bello egregie fortis & pace, æqui pariter & justus usque ad rem tenax, ut ferus & inexorabilis haberetur. Sed elatior quibusdam videri poterat, quum aspectu austere frontis, rarò quibusquam familiaribus oculis intueretur. Erat ei facies digna profus imperio militari, quòd honestas nec deformes cicatrices Ravennate in prælio acceptas ostentaret. Hic si cui ducibus suæ retatis comparatur, merito, ut Demetrius olim, Poliorcetes appellari possit. *Sab. supplem. lib. 11. ex Iovio.*

HISPANORUM.

Lusitani patrem ducem non habentes, facile superabantur, bellum cum Rom. gerentes. Postè Viriathum seu Viriatum adepti, multum Rom. incommodarunt. Erat is ex ea gente Lusitanorum, qui Oceanum accolunt. Pastor fuit à teneris montana vitæ assuetus, adjuvante etiam corporis natura. Nam & robore & celeritate longè Hispanos antecellebat, cum se ipsum cibo exiguo & multis exercitationibus assuescisset, & somno duntaxat, quantum esset necessarius. In summa continenter ferrum glebas, & cum bellus & latronibus manus confersens, vulgo celebris benè gesta, & ab illis dux electus, brevi latronum catervam circum se congregavit, atque in belli proficiens, non solum admirationis fuit propter robur corporis, verum etiam dux excellens visus est. Erat autem in disertienda præda vitiosus, & eos qui egregie pugnaverant, pro dignitate donis extollebat. Tandem cum jam non latronem, sed principem sese exhibuisset, bellum gessit cum Rom. multisque præliis superior evasit, adeo ut etiam ducem Rom. Vitellium cum ipso exercitu profugaverit, captivumque cepit, & gladio necaverit, & alia multa in bello feliciter gesserit: donec Fabius belli eventus illum dux creavit. Inde non paulò inferior esse cepit. Deinde recreatus, & Fabio superior factus, cum in pacta descendere indigna Roman. coegit. Verum Scipio adversus Viriatum dux electus, pacta fecit irrita, & superatum sæpe Viriatum, deinde ad extremam cladem compulsum, adeo ut pacem spectaret, per domesticos dolo interfecit, & ejus imperii successorem Tantulum ejusque socios percussit, & ut pax arbitrio suo fieret, fecit, atque illis agrum & urbem dedit ad habitandum. *Idem. lib. 32.*

Q. Sertorius Nurfia, ex Sabinis oriundus, sub Mario bello Cimbrico meruit. Bello Marficio ex vulnere oculum amisit. Bello civili Cinna sese adunxit, Syllam fugiens, Hispaniam occupavit. Accitus à Lusitanis dux, qui à Rom. defecerat, partim religione simulata Diane, certam candidam fecum circumducens, partim virtute & manufactudine, Barbaros sibi devinxit. Corpus ei mysticè preparatum erat robore, agilitate, sobrietate. Violentia ne per otium quidem se dedebat. Ingentes labores, prolixa itinera, perpetuas vigiliis, angustio & vili contentus victu, assueverat perferre. Assidue vagans & venans, ubi per otium liceret, quemadmodum eludendus fugienti sibi, quemadmodum cingendis infestanti hostis esset, locorumque aviorum & patientium comparaverat experimentum. De eodem supra inter Romanos.

Occupata à Saracenis Hispania, Roderico rege cæso, Pelagius, qui Vitæ regis Sparthatus fuerat, sed ab eodem in exilium injustè pulsus apud Cantabros exulabat, reliquias Christianorum collegit apud Astures, & in montis Aulevæ specu cum mille fortissimis latuit. Oppa Episcopus Hispanensis, Egice regis F. cum Alchamane Mauro cum illic obfedit. Sed Dei manu lapides, sagittæ, & jacula in auctores suos vertebantur: adeoque xx. ferè millibus Arabum interfecit, cæteri quasi vertigine agebantur. Pelagius spiritum fortitudinis roboratum cum suis egredivit, & Alchamanam eum maximam multitudinem Arabum interfecit. Reliqui ad Aulevæ ardua fugientes, ab his, quos Pelagius illic reliquerat, cæsi perierunt. Qui effugerant, ad ripam Devæ fluminis à montis supercilio in fluvium corruente oppressi fuere. Oppa à Pelagio captus est. Muza Saracenorum princeps eam cladem proditioni Sibeerti & Ebæ, Vitæ regis filii, qui cum Juliano Comite proditore conspiraverant, acceptam ferens, securi eos cum Juliano percussit. Gothi autem clam ad Pelagium venerunt, & civitatem Legionem, quæ in descensu Asturum & ab Arabibus tenebatur, primo impetu ceperunt. Aldefonsus Catholicus, filius Petri Ducis Cantabrie, cum Pelagio arma junxit, eique Pelagius in uxorem dedit filiam Ormisindam, & post multa bella apud Canicas, an. xix. regni sui obijt. *Rod. Tot. lib. 4. rer. Hisp.*

Gasias Ximenesius Gothus, Christianorum, qui in montes Pyrenæos confugerant, Mauris Hispaniam vastantibus, dux

electus, licet paucorum viribus (erant enim numero citè sexcenti) Mauris à Pyrenæi confinibus expulit, & multis ad eum propter victoria famam confluentibus, magnam quoque Navarre provinciam partem Christianam restituit. Gerebat autem in vexillis & armis arborem viridem, & super eam crucem rubram in croceo campo. *Marinus lib. 8. rer. Hisp.*

Gasias Ennicus ejus F. Pamplionem primariam Navarre civitatem cum multis oppidis brevi spatio temporis hostibus eripuit. *Idem.*

An. 912. Ennicus Arista dux Christianorum contra Mauros electus fuit, vir in armorum certaminibus ardens (unde cognomen accepit, quippe qui non aliter visis hostibus atdebatur, quam in igne uritur arista) qui ex montibus Pyrenæis cum exercitu descendens, Mauros magnas copias deleavit, & victor Navarram pervenit, ubi princeps à Navarris & Arragonibus electus fuit. *Idem.*

Aldefonsus Asturum & Galatie rex, Caroli magni copiis adjunctus, cum Mauri & Sataceni Balceas insulas depopulerent, Ulyssiponem cepit: atque Maurorum ad lxx. millia cæcidit, & de præda loricas, multos & Mauros Carolo M. F. G. Mauro misit, anno 798. *Regino, Adon. Avent. A. D. lib. 4. Ritus de regibus Hispania.*

Ferdinandus Hispanie rex, è Tarraconensi, ubi tum Joannes pater imperabat, in ulterioris Hispanie regnum, quod Elisabethæ uxor is dotale fuerat, transfregit, Lusitanos aliquot præliis superavit: Maurorum imperium in Bætica continuis decem armis oppugnavit, tanta bellicæ virtutis atque prudentiæ opinione, ut nemo illi Christianorum regum conferendus esse videretur. Itaque ob restitutam Christo Hispaniam, Catholici cognomen meruit. *Idem. lib. 1. Hisp.*

Alfonfus, mortuo Ferdinando Patre, cum Aragoniam aliquandiu sapienter administrasset: adoptatus in filium à Joanna Neapolitanorum regina, diffusis in amicis expeditionem in Italiam suscepit. Regina opem tibi, Ludovicum ducem Andegavensem, qui regnum sibi hereditario jure debitum affirmabat, pluribus præliis afflictum expulit, Reginam, quæ malo usa consilio ab se defecerat, non tam punivit, quam coegit. Renatum alterum regni gemulum armis victum cedere compulit. Joannem Vitellium Alexandrie Patriarcham, magnis copiis ibi insulstantem, regno fugavit. Cajetam bis cepit, Neapolim expugnavit: Joannem fratrem, Navarre regem, in Hispania laborantem, armis adjuvit: Massiliam diripuit. Ab Eugenio Pontifice maximo, quas tandem voluit, leges pacis accepit. Francicum Sforziam ex agro Piceno armis deturbavit, & in Albania, & in Oriente per suos duces Turcis infestus, non parva eis damna intulit. Bis Florentinos ob res Gallicæ armis afflixit: his eis pacem petentibus dedit. Sed majus omnibus & admiratione stuporeque dignus, quòd prælio navali à Genuesibus superatus, & in Philippi Mediolanensis ducis captivitas adductus, mox libertatus, potentissimum regno potius est, & à victoribus victor tributum accepit, & adeo erga Philippum gratius inventus est, ut ab illo hæres sit nuncupatus. *Aneas Syl. cap. ult. Europe.*

Petrus Navarra Hispanus, in Mauritania atque Numidia magnis rebus gestis eximii ducis nomen, ex gratiæ militis fortuna, est consecutus. *Iovius in Leone X.*

Consalvus Agidarius, Magnus ob rerum gestarum gloriam dictus, patria Cordubensis, à Ferdinando rege in Italiam missus, Neapolitanorum regnum, Aragonie familiariter restituit. Etiam ut militari laude sua tempestate præstitit omnibus, sic etiam religione ac pietate in Deum, munificencia in duces ac milites, amicitia & charitate erga omnes, ut vel hostes ipsi ab eo sint benignissimè excepti: ea demum probitate, ut regnum sibi vendicare poterit, nisi fidem semel Ferdinandò regi datam nunquam violandum statuerit. Vixit in Hispania aliquot annos in summa nominis celebritate. Sexagesimum & alterum vitæ annum agens, in quartanæ morbum incidens, apud Loxam Granatenfis regni oppidum mortuus, in Granatensem urbem præcipua regieque funeris pompa delatus, & in æde D. Francisci sepultus. *Fulg. lib. 3. c. 1. & Sab. lib. 10. c. 8.*

Antonius Leva, Hispanus, ex gregario milite per omnes militiæ gradus Caroli V. Cæsaris exercitus summum imperium adeptus, dux mirus & incomparabilis est visus, vel ob id præsertim, quòd tantis rebus gestis, torque patris victoriis, vel occupante totos artus miserabilis morbo, non amitteret & corpore indomitus, nunquam à munere militari discessit.

A scellerit. Sæpe enim lectica vectus illigatusque fasciis, propter acerbissimos nervorum dolores, acie conflixit, expugnavit oppida, diversorumque hostium sibi incumbentium conatus infregit: ita ut si prospera uteretur valitudine, non sua modo, sed superioris etiam ætatis duces, fama & laude supergressus crederetur. *Guicciar. lib. 5. & Iovius lib. 27. Hist.*

BRITANNORUM, ANGLORUM, SCOTORUM.

Dunuallo Britannorum rex moriens, reliquit regnum Belino & Brenno liberis commune. Jî statim de dominatu & potestate inter se certare cœperunt: sed hortantibus ad pacem amicis, ad extremum in gratiam reconciliati, regnum inter se partiuntur. Brennus minor natu, haud patienter ferens fratrem potiorem regni partem assecutum esse, in fratrem bellum movit. Sed maternis precibus victi tam factum certamen ambo deposuere. Brennus inde, ut ne fœdido otio torpesceret, in Gallias trajecit, illic stipendia facturus. Senones Galli, sive pręgravante turba patriam exonerare cupientes, sive ab Italis accersiti, duce Brenno, cum magna hominum multitudine tranſcenderunt in Italiam, ac subito

B Clivum adorti, legatis Romanis violato gentium jure ad arma procurrentibus, omnem belli imperum in Rom. converterunt: Romaque capta, à Camillo ex insidiis, dum aum appendunt, victi sunt. Urbe inde egressi, Gabina via, ad octavam lapidem, atrociore sunt clade afflicti, castra capta, ut si Livio credimus, ne nuncius quidem cladis superferret. Polybius verò air, Gallos obsidione urbis domesticis bello aversos, fœdere cum Romanis percussio, restitutaque urbi libertate, domum abiisse. Fuit deinde centesimo anno post alter Brennus, natione Gallus, cujus ductu altera pars Gallorum in Græciam pervenit. *Polyd. lib. 1.*

Utherio Britannorum regi successit filius Arithurus, qui si divitiis vixisset, rem propè perditam suis Britannis restituisſet. De hoc, propter ingentes pariter corporis vires, atque animi virtutes, posteritas miranda prædicavit, quòd tres bello superavit Saxonum duces, quòd Scotiam cum vicinis insulis in potestate redegerit, quòd Romanos in agro Parisiorum, cum quodam Lucio eorum duce, deleverit, Galliamque devastavit, ac demùm gigantes occidit. Ad extremum, dum vellet Romanam petere, domesticis seditionibus evocatus, Mordredum nepotem, qui regnum per tyrannidem in ejus absentia occupaverat, interfecit. Dicitur gladium habuisse Caliburnum nomine, quo 460. milites in uno conspectu prostravit sua manu. Insignibus ejus insculpta sunt imaginis Christi. Subjicit sibi intra paucos annos triginta regna: & tandem in prælio quodam faucibus & capiti, in insulam quandam relegatus est. Sepulchrum in Glastoniensi cœnobio ostenditur. *Polyd. lib. 3. & Næclerus generat. 17. lib. 2.*

Edmundus Etheldredi F. qui regnum Anglię exul recuperavit, Canuto Daco tamen partem concessit, trienniis spatio res contra Dacos gessit amplissimas, & propter bellicam fortitudinem Ferreum latus cognominatus est. *Polyd. lib. 7.*

Joann. Haucutus Britannus, ab extremis Oceani finibus, traducta in Italiam Anglorum manu, clarus evasit. Quum rebellantem à Gregor. XL. Pont. Togatam Galliam circa annum 1375. pacavisset, nullisque in præmiis navatę operę quinque oppida, adeò mox inclaruit, ut Bernabovi Vicecomiti Italia, principum longè potentissimo, gener asseſceretur, & cum Florentini demùm ingentis exercitus ducem crearent. Unde illi, uti de rep. bene merito, imaginem cotidianam equestrem, supra sepulchrum, in templo maximo posuerunt. *Jovius in vita Magni Sforcie.*

Cadallus, Brigantiniæ Scotorum gentis dux, vir fortissimus, patriam ab immani tyrannide Gilli vindicavit, in Hebernia bellum renovantem oppressit, Eveno regi regnum stabilivit. Mortuo statum Episcopi in foro Evenus erexit, & divinis honoribus profecui justit, nec multo post tanti viri desiderio contabuit. *H. Boet. lib. 2.*

Britannia pars Scotia, à Jul. Agricola Domitiani legato, rei militaris peritissimo, domita: Galdus Scotorum rex multo præliis victus. At cum Agricola Romam revocato successor datus esset Cn. Trebellius, exercitus verò Trebellianum præferret: contentione inter Rom. oborta, Galdus quantis potuit, copiis collectis terra acie Romanos vicit, in castris obsessos ad pacem humiliter petendam orbis dominos adegit, & quinquaginta annorum bello, liberata patria, finem imposuit. *H. Boet. lib. 4. ex Tacito.*

Kennethus Scotorum rex, Pictos populam fetociss. cum quo Scoti per ann. 1171. varia fortuna, nunc victores, nunc

victi, nunc foeli, nunc hostes, colluctati fuerant, quòd regnum Alpino patri hæreditario jure debuit eripuisse, eundemque acie victum atque captum curi ignominiosiss. percussissent, funditis extirpavit. *H. Boet. lib. 10.*

Alexander I. Rex Scotorum, cum opprellis conjuratoribus per Merinam rediret, occurrit mulier paupercula, graviter querens maritum suum à comitis Memia filio, quem in jus ob as alienum vocasset, lotis casum. Rex indignandus ex equo desiliens, non concendit prius, quam supplicio facinoris auctor esset affectus. Hinc Fers, id est, Fortis nomen accepit, vel quòd ministrum, quo proditus fuit, & laxatrones inromisos in cubiculum dormientis, solus intremixit, reliquos fugavit. *H. Hemmingus in General.*

Eduardo I. Anglorum rege post occupatum Scotiam regnum ad Gallicum bellum profecto, Scoti pristina libertatis desiderio xi. gubernantes elegere contra tyrannum. Eodem tempore adolescens quidam, patre equite aurato natus, Vvallas nomine, corporis proceritate ac pulchritudine cunctos mortales ea tempestate superans, belli peritiam tanta, ut nullus illi vel conferendus putaretur, omnium suffragiis dux liberanda patrię creatus est: gubernator sub Joanne Baliolo rege (ab Eduardo ejecto) vulgò appellatus, Arce Deidonemem, Fortiarium, Brechinum, montemrosarium, Deunoter recepit: Aberdoniam solo nominis sui terrore Anglos relinquere coegit. Hugonem Casingaviensem Anglię regi Vicarium justa acie vicit, militiam detrectantes suspensio necavit: eaque ratione deinceps obediens. habuit cæteros. Eduardus itarum plenus cum exercitu à Gallia redit: per legatos cum Vvalla de latrocinio expollat. Is verò respondit: Eo se jure absentis regnum invasisset, quo Eduardus regnum Scotiæ, dissentientibus proceribus, pet dolum in Joannem contulisset, ut eo ejecto regnaret. Ut verò, inquit, fiat Eduardus, meorum me defendendum gratia in Angliam cum exercitu venisset, hoc illis meis verbis renuntiavit: me illum in Anglia ad cenam Palchalem, ubi eum cum exercitu meo expectabo, invitare. Ad dictum diem Anglos, numero duplo plures, solo aspectu suo in fugam conjecit. Interæ cum Vvalla successibus clam proces invidere cœpissent, gensibus inter eos diffidit. Eduardus reparato exercitu Scotiam invadit. Vvallas nihil dum mali suspicans, cum suo exercitu obviam procedit, ad Vvatum facillum congressit. Eò ubi deventum, inter duces est disceptatum, cui eorum prima acie regimen deberetur. Suae enim & Cumein Vvallam uti hominem novum contemnebant: at is vicilium belli administrandi omnium suffragis summam potestatem penes se esse asserbat. Dum solum quique justuerit, infestis armis eos Eduardus invasit, & magna strage Scotos assecit, diei Magdalenę facti. Vvallas nusquam nec optumi duci, nec strenui militis munus omitebat. Cæterum numero superantibus Anglis, cum terga Roberto Brusio per prodicionem cedente, cum paucis relictum sese videns, impetu denudè in hostes facto, trupit. Periere ea pugna clarissimi viri Scoti. Vvallas invidiã cedens magistratu se spontè abdicavit. Occupato interim toto regno ab Anglis, cum cæteri manus victori descendissent: solus Vvallas cum paucis assecit, per montes & avia pervagatus in sylvis & antris latitabat. Ferre, nullis legatis ab Eduardo, ut si veller regi subiectus esse, comitatum ac prædia acciperet, legatis respondisse, Majoris se libertatem, quam agrorum possessionem facere. Proditus tandem Eduardo, Londini crudeliter trucidatus est: artus hinc inde per Scotiam in craces acti. *H. Boet. lib. 4.*

Subacta ab Eduardo I. Anglorum rege Scotia, Joann. Cumeinus comes, & Robertus Brusius, inter se de patrię oppressionem questi, contra Anglos conjurant. Joann. Roberti regia stirpe orto regnum detest. Robert. Joanni cum ampliss. præmiis secundans, à rege Sacramentum diplomate confirmatur. Interæ Joannes vel metuens iudicium, vel utremulum regni colleret, literas conjurationis ad Eduardum mittit. Eduardus vix credere, Roberto literas ostendere. Is hunc se fructum veteris inimicitie erga Joannem animadvertere respondit, literas non agnoscere, & unius noctis spacium (comitatu interim suo pro obside relicto) ad commentum detegendum petere. Eo impetrato, trib. equis electis pernicissimis, feris ex soleas præposterè affigicuravit, mediæque nocte per nives evasit in vallem Annandię. Ibi in societatem accepit Davide fratre, & Roberto Flemem nobil. adolescente, Dumitens profectus, Joannem Cumeinum in choro Minoratum prodicionem negantem interfecit. Mox impetrata violati facti ac cædis à Pontifice

venia

A venia auxilio amicorum Scotiam profectus, diadema regale sumpit, & quam potuit, maximas copias adversus Anglum comparavit. Cæterum ab Adomaro Valentino Eduardi vicario bis victus, ab omnibus desertus, per sylvas & montes vagabatur. Afflictorum illius uxores & liberi profcripti. Duos tantum in ea fortuna fideles amicos habuit, comitem Lenii & Gilbertum Hay. Solus nonnunquam cum uno aut altero comite per invia delitebat, ut neque famulã contumelios abſtinerent, & herum desererent. Cædes interea per omnem Scotiam eorum, qui se aliquando Roberto adjuverant, fiebat. Fratres ejus Nigelus & Thomas & Alexander capti, cum plurimis aliis capite truncati sunt. Uxor ejus à Vvilhemo Cumein ad Eduardum ducta, in arcta diu custodia Londini est detenta. Quæ omnia quum Robertus audiret, nec ipse minoræ quotidie patere, inviãta ad extremum usque milit patientia. Humi cubare, aqua pro vino aut cerevisia uti, à pueris didicere, cum patre in castris ac famulitio regio propè edicatus. Et licet omni auxilio destitutus esset, & familia penè tota ejus extincta; tamen nunquam sperare desistit, se regnum sibi aliquando & populo suo libertatem comparaturum. Ad extremum ab Hebridiis quodam veteri amico seſectus, exigua militum manu comparata, Aquilonares primùm aliquot atces vi cepit. Majore deinde concursu ad illum facto, tumultuarius etiam præliis Anglos non semel edicavit. Eduardus verus, ne prospera fortuna elati Scotorum animi, novam defectionem pararent, majore cum exercitu ad fines Scotiæ accedens, gravi morbo rependè perit. Eduardus successit Eduardus II. F. disparis ingenii & fortis. Sensim igitur Robertus vires auxit. Ad Henverate vicum Aberdonensem, Joannem Cumeinum profugivari: oppida, arcibus cepit, & evertit, Monach insulam occupavit. Eduardus vicinas sociasque gentes contra Scotos exivit, victoria fructum Scotiorum agrorum divisionem promittens. Confluxere cum uxoriis & liberis ex Belgis, Celtis, Aquitanis, Anglis, ad cl. pedum totidemque equitum millia, diversorum morum, & lingua, sine ulla disciplina militari. Eduardus ad Scotiã fines progressus, consilium procerum convocavit, quo suppliciter Robertum exanimifecit, deliberaturus. Carnelianum monachum secum ducens, qui carmine Anglo-Cum de Scotiæ victoriis & Scotiæ everſionem decantaret, Robertus à diverso xxx. millium veteratum exercitum trahere. Castra in loco plano posuit, audaci consilio contemptum sui hostium exanimis. Fodas circum circa aliffimas egit, quã prælium futurum arbitraberetur, impositis sudibus præcæcis, cœspiteque viridi leviter superinfecto, ut pedes modò, nec multum frequens, transire possent: sed ubi omnis multitudo ingrueret, aut eques transire conaretur, tum sustentacula omnia corruerent. Præterflectebat castra fluvius nomine Bannafbon, prælio hoc celebrissimus. In medio pugne ardore, Scotorum litæ & calones indusiis candidis supra vestes induitis, ex vicino monte novi exercitus speciem præbuerit. Tertii proinde Angli, in turpem fugam præcipites abiere, caesi ad l. millia. Robertus inde omnium consensu rex confirmatus est. *H. Boethius lib. 4.*

GOTHORUM.

Boerebistas Getarum Rex, Augusto imperante, trajecto Istro, Thraciam & Macedoniam diripuit, Bojos & Tauriscos funditis delevit, magnamque Romanis terrorem inculsit. Opera & consilio utebatur Cenai sive Decenai cuiusdam magi, anguriorum periti. Prius autem perit, quam Romanorum exercitum ab Augusto missum viderit. *Sirabo lib. 7.*

Theodericus, Theodemisti Orogothi ex Aureliana concubina F. obſes à patre Leoni Imper. datus, octo annorum puer, oprimis artibus in aula Imperatoris xi. annos educatus, patrie redditus, eo infcio Babajam Sarmatarum regem inavit, & occidit. A Zenone Augusto in filium adoptatus, Gepidas & Bulgarios vicit. Italiam ingressus contra Herulorum tyrannidem, ad Sontium fl. propè Aquilejam Odoacrum primùm vicit, ad Veronam secundò, ad Ravennam tertio: & tandem trienniali obsidione Ravenna capta, Odoacrum sustulit, Herulorum populum Augustam Prætoriam in Alpes deduxit. Pacatam tenuit Italiam, nominis sui terrore, & regum vicinorum affinitate. Insulas Italię vicinas, item Dalmatiam, Liburniam, & emque Illyrici partem, que ad Hadriam speculat, Narbonensem Galliam in Comata Gallia, circa Rhenum gentes quasdam suo regno adjecit. Pannoniam, que ad Syrium vergit, defendit adversus Bulgarios: qui relictiis sedibus, quas circa Istrum propè Pannoniam & Noticum habuerant, Thraciam populabantur. Omnia

Alpium claustra, à mari ad Tridentinum saltum, Gothorum E principibus attribuit, Tridentumque muro cinxit. Clodovei Gallorum regis orthodoxi fœderi sui victoriam contra Alaricum Vespogothorum regem Hispaniæ Ariantem agere ferens, Almaricum Alarici F. armis in Hispaniam, victis Francis, restituit. *Platina & Sab. lib. 2. Em. 8.*

Totilas Gothorum res in Italia afflictas in integrum restituit, xi. Justiniani duces primùm profugavit, ipsum Belisarium integro quinquennio fatigavit. Romam bis cepit, Siciliam occupavit, Corcyram cum vicinis insulis de populating. Tandem à Naricte Eunuchus superatus fuit. *Jo. Magnus lib. 13. & 14. ex Procopio.*

Gothos ad Vespuvii montis radicem Narſes Eunuchus in Lacæum montem compulerat. Inde, cum ciborum fatis in monte non invenissent, uno agmine omnes de improvise in hostem eruperunt, & equis dimissis, in densorem phalangem se collegerunt. Quos imitati Romani, & ipsi, globo facto, se infestaverunt, atque infestis animis concurrerunt: prælium oriente sole incœpit. In eo Tejas rex, Frigiderni F. qui Totila successerat, prælato clypeo, vibratoque telo, primus omnium ante aciem constitit. Quem ut Romani viderunt, in eum omnes uno agmine ruunt, qui sibi virtutis aliquid & virium vindicabant: eumque partim telis, partim missilibus certatim petunt: ille clypeo se protegendo, & tela excipiendo, in Romanos invadens, multos obruncat: cumque præfixum undique telis scutum videret, alterum, eo deposito, proximo armigero portigente, atripit: sic usque ad tertiam diei partem pugnavit, cum duodecim jam scuto affixa pila gestaret, nec movere id posset, neque hostem propellere, haudquaquam loco motus, dextra obvios feriens, læva in se venientes repellens, aliud sibi scutum dari clamavit: quod dum commutat, parte pedis inferiore nudatus, ea vulnus accepit, quo statim moribus probuit: cujus caput nonnulli statim præciderunt, atque hæc præfixum exercitibus utrique ostenderunt, ut Romanis animos adderent, Gothi autem timorem inferrent. *Sigonius lib. 19. Imp. occid.*

GERMANORUM.

Vide supra, Romanorum imperii.

Vvillhelmus Victoriolus, dux Brunsvicensis, comitatus plures sue adjunxit ditiori. Septem justis præliis dimicavit G. victor. Obiit nonagenarius anno 1482. *Cranz. lib. 12. Saxonia, cap. 31.*

Getardus Magnus Holfatię comes in Stormaria, anno 1320. Joannem Largum Vagrię comitem profugavit, Thiermaros magna strage assecit. Christophorum Danorum regem vicit, Valdemarum Sellvici ducem, nepotem suum è fœdore, Danis petentibus regem dedit. Christophorus iterum reconciliatus, cum ab eo perfidè impetere, acie victum cepit: eoque mortuo, filium quoque ejus Othonem in vinculis habuit. Tandem cum Gerardo in Daniam victorem exercitum duceret, à milite quodam perfidè in lecto confossus est. *Cranz. lib. 9. Saxonia, c. 12.*

Henricus Holfatus, Gerardi F. Ferreus dicitur, patris interfectorem Nicolaum Jacobi captum in quatuor partes dilaniatum punivit: Syveorum regi militans, Finnos rebellantes subegit. Eduardi III. Anglorum regis stipendia secutus, eum se præstitit, ut anno stipendio quadringentorum aureorum majorum cum posteris sit donatus. In Italia quoque meruit. Magnum Sveciæ regem, cujus filio Aquino Norvegiorum regi forem desponderat, quòd pactis non stisset, regno dejecit consensu procerum, eique Aliberum Magnopolitanum ducem præfecit. Frater ejus Nicolaus domum interim servans, dum Henricus peregrinatur, rusticam plebem ad arma erudit: per singulas villas, communitas omnium impensis, unum armigerum justit expediti: minoribus villis permisit, ut binæ junctis viribus & equum & arma cum milite prompto semper haberent. Tandem multis exantlatis laboribus anno 1381. Henricus obiit, relicti post se tribus filiis, sepultus in Itecho. *Cranz. lib. 9. & 10. Saxonia.*

DANORUM, SVEONUM.

Fritho III. Danorum rex, septem annorum puer à patre Fridlevo relictus, cum à Vestmaro & Colone patriis regni malè administraretur, tandem ubi per atatem potuit, Erici præfretim Diferri Norvegi, cui Gunarum forem elegerat ductu & consilio, res maximas gessit: Sclavos, Norvegos Sveones subegit, legibus optimis Remp. instituit, pacemque tricenniali, in quam Christi opt. max. ortus incidit, constituta longævus tandem à venetica percipitur est. *Saxo lib. 5.*

Halda